



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

M

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- dinario. Trident. *sess. 22. cap. 9.*
- 20 Nisi sint sub immediata protectione Regum. *idem ibid. cap. 8.*
- 21 Neque si secus in fundatione expressè caueatur. *idem ibid. cap. 9.*
- 22 Si alijs deputatis reddenda est ratio, cum ijs adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes sunt nullæ *idem. ibid.*
- 23 Et hoc decretum locum habet etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis decisum refert Marta *de iurisd. par. 2. cap. 18. num. 6.*
- 24 Plures in anno potest Episcopus exigere rationem administrationis locorum piorum, quando illi constat de dolo, vel errore. Barbof. *alleg. 81. num. 40.*
- 25 Executio contra administratores condemnatos spectat ad Ordinariū, siue ipsi soli, siue ipsi cum alijs deputatis ratio sit reddita. Trident. *sess. 22. cap. 8.*
- 26 Qui sunt debitores loco pio, non possunt esse procuratores, syndici, aut ministri eiusdem. Prou. 1.
- 27 Potest Episcopus reseruare sibi facultatem reformandi, & augendi, etiam extra visitationem, decreta edita in visitatione Montis, pietatis, & locorum piorum, decisum refert Nald. *visitare num. 13. V. Visitatio Episcopi numer. 58.*

ADDITIO.

- 1 Hospitalia administratas à fratribus B. Io. Dei non sunt exempta à iurisdictione ordinarij, nisi solum quoad regularem obseruantiam. *Cong. Conc. 12. Ianuar. 1630.*
- 2 Probatio, An loca pia sint sub immediata Regum protectione, iudice Episcopo, facienda est, decisum referunt DD. *apud Barb. de iure Eccl. l. 2. c. 11. n. 63.*

Ludimagistri.

- 1 Idei professionem emittant. Prouinc. 3.
- 2 Lectores Philosophi principia, vel conclusiones auctorum contra fidem confutent. Leo X. *Anno 1513.*
- 3 Vbi Theologia lectio haberi nequit, saltem habeatur magister ad Episcopo cum consilio Capituli eligendus, qui

Barth. Gauant.

- clericos, aliosque pauperes grammaticam gratis doceat. Trident. *sess. 5. cap. 1.*
- 4 Eidem vel beneficium simplex, seu fructus eiusdem assignentur, quamdiu in docendo perstiterit: vel ex mensa capitulari, seu Episcopali, vel alia ratione merces tribuatur. *ibidem.*
- 5 Licentia, quæ datur ab Episcopo, docendi pueros, ne detur ultra triennium, vt fiat recognitio magistri. Prouinc. 5.
- 6 Doceant enim fidei rudimenta, & diebus festis, nullo alio doctrina genere pueros instruant. Prou. 3.
- 7 Ne interpretentur libros vetitos, aut obscena continentes. *ibid.*
- 8 Quotidianas exercitationes inchoent, & concludant pia prece Prouinc. 5.
- 9 Ideoque sacra imago in gymnasio appendatur. *ibid.*

Matrimonij denunciations.

- 1 C Aueantur, ne pro denunciationibus faciendis interrogentur sponsi presentes de presenti, sed de futuro matrimonio. Prou. 5.
- 2 Fiant à Parocho proprio tribus continuis diebus festiuis inter Missarum solemnias. Trident. *sess. 24. capitulo 1.*
- 3 Possunt fieri eo tempore quo nuptiæ prohibentur. Congr. Episcop. 12. *Decembr. 1589.*
- 4 Fiant in festis de Præcepto. Prou. 1.
- 5 Non potest Episcopus dispensare, vt fiant in ferialibus diebus. decisum referunt DD. *apud Barbof. de pot. Episc. alleg. 32. num. 14.*
- 6 Posse fieri in magno concursu hominum ad Ecclesia in die pro festo, docet Sanchez *lib. 3. disp. 6. num. 9. 10.*
- 7 Imò, & extra Ecclesiam *idem ibidem.*
- 8 Sed in festis de præcepto, & in Ecclesia, intra Missam, ait Trident.
- 9 Fiant vbi habitus est consensus vtriusque, & parentum, & in diuersis Parochijs, vbi habitant. Prouinc. 3.
- 10 Denunciations inter vicinos, quorum alter inter hæreticos habitat, ne fiant in consueto Episcopo. Prou. c. 2.
- 11 Eodem modo, si de vagis hominibus agatur. *ibid.*
- 12 Omittens Parochus ex propria auctoritate denunciations suspensus

1 est



- est ab officio per triennium DD. apud Barbof. *loco cit. num. 7.*
- 13 Si probabilis suspicio est, impediri posse malitiosè matrimonium, tunc vel vna tantùm denunciatio fiat, & reliquæ ante consummationem, nisi Ordinarius iudicet expedire, vt remittantur. Trident. *loco cit. at.*
- 14 Solus Episcopus potest eas remittere, quando est in Diœcesi. Prouinc. 5.
- 15 Si extra Diœcesim sit Episcopus, adhuc potest dispensare in denunciationibus, Sanchez *lib. 3. disput. 8. num. 6.*
- 16 Neque est necessaria cognitio causæ iudicialis, *ibid. num. 4.* sed sufficit iuramentum patris, & duorum testium, nullum esse impedimentum.
- 17 Causæ iustæ remittendi denunciationes sunt, suspicio malitiosi impedimenti. Trident. *loco cit. at.*
- 18 Item contrahentium pudor ob nimiam disparitatem; vel quia concubinarij erant, sed æstimabantur coniugati; vel si magnates, & valde noti; vel si iniusti impedimenti, aut nullus iusti sit timor; vel vicinum tempus prohibitum nuptiarum, & id genus alia. Sanchez *lib. 3. disp. 9. tota.*
- 19 Non potest Episcopus titulo huius remissionis præcisè imponere pecuniariam mulctam. Idem *ibid. disp. 10. quest. 2. num. 9.*
- 20 Potest Episcopus alterutrius sponsi remittere denunciationes pro vtroque. Idem *disp. 7. num. 7.*
- 21 Multò magis ille in cuius Diœcesi est celebrandum matrimonium, Bonac. *quest. 2. punct. 6. num. 7.*
- 22 Vicarius etiam potest. DD. apud Barbof. *allegat. citato num. 29.* & Sanchez *disp. 7. quest. 1. num. 10.*
- 23 Si vna sola conceditur, non tamen fiat statim matrimonium. Sanchez. *lib. 3. disp. 6. num. 8.*
- 24 Quando omittuntur denunciationes, per octo dies post contractum matrimonium ne consummetur; & interim fiant denunciationes saltem semel decisum refert Barbof. *alleg. 32. num. 55.*
- 25 Quocumq; impedimento delato etiã falso, ne vltèrius procedatur, sine licentia Episcopi. Prouinc. 7.
- 26 Qui falsum detulerit impedimentum scienter, excommunicetur. Prou. 3.
- 27 Repetantur denunciationes arbitrio Episcopi, si non fit matrimonium intra duos menses à primis. Prou. 5.
- 28 Omnino post 4. menses repetantur. decisum referunt DD. apud Barbof. *loco cit. num. 55.*
- 29 Qui ante denunciationes matrimonium consummant, pœna stupri puniendi sunt. Riccius *in praxis par. 1. resol. 224. num. 2.*

## ADDITIO.

- 1 Vicarius Generalis nō potest eas impedire. Congr. conc. 27. *May 1617.*
- 2 Omissio denunciationum non facit matrimonium clandestinum, cad. 23. *Febr. 1630.*

## Matrimonij impedimenta.

- 1 Cognatio spiritualis contrahitur tantū inter eos, qui de fonte baptizatum suscipiunt, & vnum, vel vnam, vel vnum, & vnam ad summum, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem. Trident. *sess. 24. cap. 2.*
- 2 Necnon inter baptizantem, & baptizatum, huiusque patrem, & matrem. *ibid.*
- 3 Cum alijs, qui tetigerint baptizatum, non contrahitur vitra designatos, vt supra, *ibidem.*
- 4 Cognatio ex confirmatione non egreditur extra confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, & tenentem, *ibid.*
- 5 Et prædicta confirmat Pius V. Anno 1566.
- 6 Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum est nullum, vbi sponsalia non sunt valida: vbi sunt valida, primum gradum non excedit. Trident. *loco cit. cap. 3.*
- 7 Et procedit hoc decretum in sponsalibus de futuro tantū. Pius V. Ann. 1568.
- 8 Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ restringitur ad eos tantū, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur: in vltioribus gradibus eiusmodi affinitas non dirimit matrimonium. Trident. *loco cit. cap. 4.* & Pius V. Anno 1566.



- 9 Contrahere præsumens scienter intra gradus prohibitos, separetur, & sequente dispensationis careat, eo quod magis, si consummate ausus fuerit. Trident. *loco cit. cap. 5.*
- 10 Si ignoranter fecerit, neglectis solemnitatibus requisitis, eisdem subiciatur pœnis, *ibid.*
- 11 Si solemnitatibus adhibitis, impedimentum postea cognitum fuerit, cuius ille probabilem ignorantiam habuerit, facilius cum eo, & gratis dispensari poterit, *ibid.*
- 12 Neque tunc erit necessarius nouus consensus coram Parocho, si occultum erat. decisum referunt DD. apud Barbosa, *alleg. 32. num. 157.*
- 13 Inter raptorem, & raptam quamdiu hæc in eius erit potestate, nullum potest esse matrimonium. Trid. *loco cit. cap. 6.*
- 14 Raptor, & omnes præbentes consilium, auxilium, fauorem ipso iure sunt excommunicati, & perpetuo infames, *ibidem.*
- 15 Clerici sequentes raptori, de suo gradu decident, *ibid.*
- 16 Raptor, siue duxerit, siue non, dotare debet raptam arbitrio iudicis, *ibid.*
- 17 Spadonum utroque testiculo carentium matrimonia sunt nulla. Sixt. V. Ann. 1587.
- 18 In impedimentis occultis dirimentibus in casu magnæ necessitatis posse Episcopum dispensare: Aiunt, Negant DD. apud Sanchez *lib. 2. disp. 40. quest. 1.* & ipse affirmat.
- 19 Imò, & ante matrimonium ex urgentissima necessitate, idem *ibid. num. 7.*
- 20 Nisi adsit ibi Nuncius Apostolicus potens dispensare, *ibid. num. 8.*
- 21 Urgens necessitas est, si matrimoniū sit publicum; scandalum in separatione, aditus difficilis ad Papam; inopia sponforum, aut alia iusta causa, *ibid.*
- 22 Vicarius Generalis non potest, nisi ex speciali mandato, *ibid. num. 12.*
- 23 Potest enim Episcopus delegare, *ibid. quest. 2. num. 14.*
- 24 In impedimentis tantum impediētib; potest Episcopus dispensare. idem *lib. 7. disp. 17. num. 15.*
- 25 In ætatis defectu potest ex urgentissima necessitate, idem *lib. 7. disp. 14. n. 17.*
- 16 In dispensatione Papæ commissa Officiali Diocesano, idest, Vicario Generali, non potest Episcopus eam expedire, a moto Vicario, idem *lib. 7. disp. 27. quest. ult. num. 20.*
- 27 Neque etiam si Vicarius ipse fiat eiusdem loci Episcopus, *ibid. num. 31.*
- 28 Exequi potest successor in Vicariatu, *ibid. quest. 1. num. 10.*
- 29 Item Vicarius Capitularis, sede vacante, *ibid. quest. ult. num. 32. & 33.*
- 30 Item substitutus Vicarius Generalis à Vicario Generali, *num. 41.*
- 31 Non autem potest ab Episcopo delegari alius Vicarius specialis ad cognoscendas Papæ huiusmodi commissiones, *num. 42.*
- 32 Potest Vicarius Generalis committere alij processum pro informatione non ipsam dispensationem, *num. 43.*
- 33 Eadem potest Vicarius habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, *n. 34.*
- 34 Vicarius Episcopi nihil profus potest accipere, siue pro laboribus in instruendo processu, siue pro decreto dispensationis matrimonialis. Congreg. Episc. 22. Apr. 1616. contra Sanchez, qui concedit stipendium pro solis laboribus, *loco cit. disp. 35. num. 10.*
- 35 Neque esculenta, poculentaue, idem *num. 12.*
- 36 Neque Episcopus oblatum sponte recipere potest. Congreg. Episcop. 17. Martij 1619. *V. Baptismus, num. 13. 14. 15. Dispensatio, num. 27. & seqq.*

## Matrimonij celebratio.

- 1 NE quouis modo, directè, vel indirectè subditi, vel alij cogantur ad matrimonia, anathematiq; pœna, ipso facto est illata. Trident. *sess. 24. cap. 9.*
- 2 Ne vagantes facile ad matrimonium recipiantur, sed à magistratibus etiam sæcularibus coerceantur, *ibid. cap. 7.*
- 3 Et non coniungatur, nisi facta diligenti inquisitione, & re ad Ordinarium delata, & ab eo licentia obtenta, *ibid.*
- 4 Tollatur mutua sponforum conuersatio ante matrimonium. Prou. 6. & Trid. *loco cit. ca. 1.*
- 5 Sponsis copulam habentibus ante cō-



- iunctionem sacerdotalem ne detur publica pœnitentia, sed salutaris, aut pecuniaria moderata. Congr. Ep. 15. Maij 1590.
- 6 Non debent prohiberi matrimonia ignorantibus Doctrinam Christianam nisi comminatorie id fiat. ead. 3. Martij 1588. Barbof. *alleg. 32. num. 173.*
- 7 Qua ratione ne iungantur ij, qui fidei rudimenta ignorant. Prou. 5.
- 8 Ne iungatur ij, qui illum clam contrahere attentarint, nisi de licentia Episcopi. Prou. 3.
- 9 Neque iungantur ante vtriusque Parochi, si diuerse sint Parochiæ, testimonium datum de denunciationibus. Prou. 2.
- 10 Si alter Patochus est alienæ Diœcesis, accedat subscriptio cum sigillo ab Ordinario loci, aut deputato. *ibid.*
- 11 Pro licentijs contrahendi matrimonij nihil accipiatur, nisi moderatū aliquid à Notario pro informatione extraneorum. Congr. Episc. 10. Iunij 1586.
- 12 Gratis matrimonia ministrentur. eadem 5. Iulij 1619.
- 13 Solemnes nuptiæ prohibentur ab Aduentu ad diem Epiphaniæ, & à Fer. 4. cinerum ad octauam Paschatis inclusiue. Trid. *loco cit. cap. 10.*
- 14 Quocumque tempore potest matrimonium contrahi, sed solemnitates, conuiuia, tractatio dictis temporibus prohibentur. *decisum referunt DD. apud Barbosa. allegat. 32. num. 194.*
- 15 Non ipsa die, qua fit vltima denuntiatio. Prou. 3.
- 16 Potest tamen Episcopus id concedere monito prius populo, aut quia instent dies prohibiti. *ibid.*
- 17 Mane celebretur matrimonium. *ibid.*
- 18 Et non nisi post diluculum postridiana diei, quæ postrema est interdictionum nuptiarum. *ibid.*
- 19 Ne extra Parochialem Ecclesiam celebretur. Prou. 2.
- 20 Non potest Episcopus prohibere, quin celebretur domi. *decisum referunt DD. apud Barbof. alleg. cit. n. 18.*
- 21 Episcopus potest dispensare in tempore & loco. Prou. 3.
- 22 Coniuges triduo saltem ante consummationem matrimonij peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *loco citat. cap. 1.* Vel eo die, quo fit matrimonium. Miss. Rom.
- 23 Laudabiles consuetudines, & ceremoniæ hac in re retineantur. *ibid.*
- 24 Ne cum instrumentis musicis ducatur sponsa ad Ecclesiam. Prou. 2.
- 25 Vius frangendi cyathi, & similes abusus tollantur. Prou. 1. & 4.
- 26 In secundis nuptiis viduarum prohibeantur conuentus, clamores dissoni ante domos coniugum, vel per vias noctu, sub grauibus penis. Prou. 7.
- 27 Fascinantes, & venefici excommunicentur. Prou. 5.
- 28 Et ij, qui mandarint, suaserint, consenserint. *ibid.* & ij, qui soluerint, maleficia per verba superstitiosa, & improbata. *ibid.*
- 29 Qui aliter, quàm præsentem Parochum, vel sacerdote ne ipsis Parochi, vel Ordinarii licentia duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, inhabiles fiunt ad sic contrahendum, & contractus est nullus. Trid. *loco cit. cap. 1.*
- 30 Possunt tamen iterum inter se coram Parochum, & testibus contrahere. *decisum referunt DD. apud Barbof. nu. 151. alleg. 32.*
- 31 Parochus, vel sacerdos, vel testes aliter assistentes, quàm dictum est vna simul, & contrahentes ipsi puniantur arbitrio Ordinarii. Trid. *loco cit. cap. 1.*
- 32 Alius sacerdos non potest benedicere nisi de licentia Parochi, vel Ordinarii, quacumque sublata consuetudine, vel priuilegio. *ibid.*
- 33 Si coniungat, aut benedicat; prætextu etiam priuilegij, seu consuetudinis immemorabilis, suspensus ipso iure fit, quàm diu ab Ordinario proprii Parochi absoluitur, licet ille sit Regularis. *ibid.*
- 34 Non Parochus loci, sed contrahentium est necessarius. Prou. 6.
- 35 Et Parochus habitationis eorum. *decisum 6. Iunii 1621. refert Barbosa. loco cit. num. 63.*
- 36 Valet coram Parochum notorio fornicatore, non dum condemnato, & coram Parochum non sacerdote; & coram coadiutore Parochi. *decisum referunt à Bar-*



à Barbof. loco cit. num. 91.

- 37 Valet etiam coram sacerdote degradato, si de Parochi licentia assistat. Sayr. de cens. lib. 5. cap. 22. num. 26.
- 38 De Parocho non sacerdote oppositum fuisse decisum referunt aliqui, apud Barbof. num. 105. Doctores affirmant valere. *ibid.*
- 39 Valet item coram Parocho prohibito ab Ordinario, ne intersit; imo & coram Vicario Parochi amouibili ad nutum Ordinarij: licet hic prohibeatur adesse. decisum refert Barbof. *ibidem* num. 39.
- 40 Item coram eo sacerdote, cui generalis licentia data fuit à Parocho exercendi omnia Parochi officia. decisum refertur. *ibid.* num. 107. 127.
- 41 Vicarius generalis potest constituere alium vice proprii Parochi in fauorem matrimonij, imò, & ipsemet adesse pro Parocho. DD. apud Barbof. loco cit. num. 117.
- 42 Non valet coram Vicario Parochi amouibili, nondum approbato ab Episcopo. Congregat. Episc. 22. Decembr. 1617.
- 43 Sufficit alter ex Parochis, si vir, & mulier sint in distincta parochia. DD. apud Barbof. num. 98. loco cit.
- 44 Et melius est, si assistat ille, in cuius parochia celebratur; decisum referunt DD. apud eundem. *ibidem* num. 65.
- 45 Valet etiam, si adsit vi, seu dolose adductus, & intelligit contrahentium sensum, modo non affectet, se non audire. decisum refert DD. apud Barbof. *ibid.* num. 83. 85.
- 46 Qui Parocho dolose compulsus adesse, matrimonium celebrare præsumpserint, ipso facto sint excommunicati, & puniuntur pœna centum aureorum. Prou. 7.
- 47 Iisdemque pœnis teneantur ii, qui auxilium, opem, consilium quoquomodo præbent. *ibid.*
- 48 Parochi pœna triennalis suspensionis ab officio ex iure canonico, quia clandestino matrimonio interfuit, non potest diminui ab Episcopo. DD. apud Barbof. loco cit. num. 166.
- 49 Virgo data in matrimonium viro, qui aliam habuit vxorem, potest benedici, Barth. Ganant.
- si illa viget consuetudo. Congreg. Ep. 8. Martii 1602.
- 50 Habeat Parochus librum, in quo nomina coniugum, testium, diem, & locum matrimonij contracti describat, & diligenter custodiat. Trident. loco cit. cap. 1.
- 51 Scribatur etiam substitutio, quæ fit à Parocho, alterius Sacerdotis in hoc Sacramento, quæ non fiat; nisi Episcopo illum probante. Prou. 3.
- 52 Quæcunque concesserit Episcopus, fiant in scriptis, & Parochus notet in libro singula. Prou. 1.
- 53 Decreta Concilij Trid. prædicta publicentur populo, quoties expedire videatur. Trid. loco cit. cap. 1.
- V. Benedictio. num. 11. Forum Episcopale. num. 29. Græcorum iura. num. 5. Interdictum. num. 37. Irregularitas. num. 19. 46.

## ADDITIO.

- 1 **T**Empore Aduentus, & Quadragesimæ non prohibentur sponsalia de futuro. Congr. Episc. 18. Dec. 1589.
- 2 Valet Matrimonium, vbi contrahens moratur tamquam Prætor; Iudex, Medicus temporalis, decisum refert Garz. de benef. parte 5. cap. 7. num. 11. ad 5.
- 3 Item valet post quartum habitationis mensem à muliere coram Parocho oppidi, ad quod traslata fuit sub præcepto illinc non discedendi, donec aliud statuatur, decisum refert Barbof. de off. Parochi. cap. 21. num. 39.
- 4 Valet coniugum iuuenis cum meretrice, qui dubitabat impediri à parentibus, & Romam iuerunt, & in quadam Parochia aliquantulum morati erant, decisum refert *idem* *ibid.* num. 40.
- 5 Valet coram Parocho non promotò infra annum. Congr. conc. 12. Mart. 1593.
- 6 Etiam, licet collatio eius beneficii sit nulla ob defectum examinerum synodatum. ead. 31. Iulij 1627. apud Barbof. loco cit. num. 51.
- 7 Non valet coram Parocho illius loci, vbi contrahentes repetiuntur, recreationis tantum causa, decisum refert Garz. loco cit. ad. 4.
- 8 Neque coram Sacerdote extraneo, I; qui



- qui habet licentiam à proprio Parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat vnus ex contrahentibus, decifum refert *Barbof. loco cit. num. 75.*
- 9 Neque valet, fit re vera licentia non est vera. *Congr. conc. 7. Sept. 1620.*
- 10 Neque in ijs, qui per fraudem accedunt ad locum, in quo non sit promulgatum. *Conc. Trid. vt ibi sine Parocho & testibus contrahant. ead. 7. Febr. 1602. 5. Sep. 1626 16. Dec. 1628. apud eum Barbof. loco cit. num. 92.*
- 11 Absentia viri, qui discessit anno 1602. vsq; ad annum 1627. sine noticia, quod superuiuat, non est sufficiens, vt eius vxor transeat ad secundas nuptias. decifum refert *Barbof. ibid. n. 9. in vna Mediol.*
- 12 Parochus benedicens secundas nuptias in casu non permisso, an incurrat suspensionem? Aiuunt, Negant DD. apud *Barbof. loco cit. num. 106.*
- 13 Excusat crassa ignorantia. *ibid. 107.*
- 14 Eleemosyna occasione benedictionis recipi debet à Parocho, & non ab alio. *Congr. Rit. 25. Ianuar. 1602.*

## Medicus.

- 1 NE ultra tertium diem vifitet ægrotum inconfessum, sub varijs penis etiã arbitrio Ordinarij. Pius V. A. 1566.
- 2 Ante Doctoratum promittat hoc idem iuratus. *ibid.*
- 3 Vel Ordinarij iuramentum hoc exigant, aliter mederi, & ab ingressu Ecclesiæ arceant. *ibid.*
- 4 De absolutione visitantis contra hoc decretum. *Vide sup. Absolutio num. 37.*
- 5 Intelliguntur prædicta de infirmis in lecto iacentibus ob morbum, non podagra, sed eum, qui de se lectum requirit. DD. apud *Barbof. alleg. 91. num. 4.*
- 6 Bulla Pii V. prædicta quotannis euulgetur. Prou. 3.
- 7 Medici hebræi, aut infideles ne adhibeantur; alias negentur sacramenta, & sepultura Ecclesiastica. Gregor. XIII. Anno. 1581. *V. Fidei professio. num. 27.*

## Miraculum.

- 1 TRIA requiruntur, ad miraculum sit aliquod arduum & difficile, sit in-

solitum; præter ordinem & vires naturæ. S. Th. 1. parte quest. 105. artic. 7. ad 2.

- 2 Non potest publicari, seu venerari, vt tale, sine approbatione Ordinarij. *Trid. sess. 25. de inuoc. SS. Vide supra Beatorum cultus. num. 2. & seqq.*
- 3 Falsa miracula prædicantes sunt excommunicati excommunicatione Papali. *Nau. cap. 27. num. 113. excomm. 30.*

## Missa.

- 1 IN celebratione Missarum tollantur omnia, quæ auaritiam, irreuerentiam, superstitionem sapiunt. *Trident. sess. 22. cap. prop.*
- 2 Mercedum conditiones, pacta, quid pro Missis nouis datur, illiberales eleemosynarum exactiones. *ibidem.*
- 3 Remoueat certus numerus Missarum, & candelarum. *ibid.*
- 4 Ne cui vago, & ignoto sacerdoti celebrare liceat. *sess. 23. cap. 16. neque notorie criminoso. idem vbi supra.*
- 5 Ne admittantur ad celebrandum non approbati. Prou. 1.
- 6 Alienæ Diœcesis sacerdotes ferant secum dimissorias duobus non ante mensibus datas, si in Prouincia; quatuor, si extra eam in Italia; sex, si extra Italiam. Prou. 1.
- 7 Neque in Regulatum Ecclesijs sine dimissis iis celebrare permittantur. Decifum referunt DD. apud *Barbof. allegat. 11. num. 8.*
- 8 Neque in Ecclesijs Monialium celebret quis sine licentia Episcopi, sub pena suspensionis. Prou. 2.
- 9 Ne cuiquam Missa prima, nisi à peritis instructo, concedatur. Prou. 1.
- 10 Missæ nouæ conuiuia, ludi, choreæ tollantur. *ibid.*
- 11 Celebrent sacerdotes Missam saltem diebus Dominicis, & festis sollemnioribus. *Trid. sess. 23. cap. 14.*
- 12 Ne detur amplius facultas faciendi plures Missas in die, quacumq; de causa. Prou. 5.
- 13 Vbi non est clericus, ne celebretur sine licentia Episcopi. Prou. 4.
- 14 Cuicumque capellæ, vbi Missa celebratur, detrahatur aliquid pro clerico, si aliunde non detur; aut ex pluribus capel-



- capellarum redditibus, quantum satis est pro vno clerico. *ibid.*
- 15 Facultas celebrandi detur sine præiudicio Parochialis Ecclesiæ. *ibidem.*
- 16 Non potest Episcopus cogere, capellanum, vt ipsemet celebret, licet, in fundatione disponatur, quod Rector celebret; nam per alium potest. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 29.*
- 17 In priuatis domibus, aut extra loca designanda, & visitanda ab Ordinariis ne celebretur. *Trid. loco cit.*
- 18 Non potest Episcopus deputare pro Missa Oratoriū in domo priuata. Paul. V. per litt. Card. Lanceloti 10. Martij 1615. apud Naldum habes litteras. *v. Missa num. 31.*
- 19 Si concedat Papa, adhuc non poterit ibi Missa fieri in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Virg. Festo SS. Petri, & Pauli, & omnium SS. Congr. Rit. 17. Nouembr. 1607. hoc est: in primo die Paschatis, Pentec. &c.
- 20 In Oratorijs confratrum ne Missa celebretur diebus festis ante Missam Parochialem. Cong. Episc. 14. Maii 1585.
- 21 In infirmaria Monialium ne permittatur celebrari Missa. eadem 22. Augusti 1605.
- 22 In Palatio Episcopi, & priuato Oratorio eiusdem potest fieri Missa. Decisum refertur apud Barbof. *allegat. 23. num. 5.*
- 23 Ne semel quidem in hebdomada celebret alibi, qui quotidie alicubi celebrare tenetur, nisi alium substituat. *Provinc. 4.*
- 24 Pro Missis ex legato relictis, non assignato loco debet capellanus eligere locum, vt innotescat, an satisfecerit. Congr. Episc. 17. Ianuar. 1594.
- 25 In altari priuilegiato pro certis tantum diebus, si in eos incidat festum duplex de præcepto, non potest dici Missa de Requiem. Congr. Rit. 24. Aprilis 1627.
- 26 Debitis horis fiat Missa. *Trident. loco cit.* & Missæ vespertino tempore non possunt celebrari sub pœna suspensionis perpetuo à diuinis Pius V. Anno 1566.
- 27 In diebus festis, præsentem corpore, potest celebrari Missa solemniter de Requiem. Congr. Rit. 23. Maii 1603.
- 28 Qui Missam ex obligatione beneficii dicendam omiserit, siue is beneficium obrineat, siue sit mercenarius, diebus quidem festis pœnam luat duorum realium; in solemnioribus, quatuor; in ferialibus, vnus. *Provinc. 7.*
- 29 Qui Missæ quotidianæ onus habent, si per annum saltem aliud obierint, infirmitate impediti per mensem, Episcopi iudicio, integram elemosynam percipere possunt. *ibid.*
- 30 Si diutius ob infirmitate abstinerint, elemosyna eius temporis careant. *ibid.*
- 31 Ordo Missarum in Ecclesijs statuatur, & feruetur. *Provinc. 1.*
- 32 Potest Episcopus dispensare circa locum, tempus, & horam, iusta de causa, vt cum eo, qui abest ratione studii. *Henriq. lib. 9. cap. 24. §. 4. Barb. alleg. 24. n. 36. Bonac. tom. 6. etc.*
- 33 Anticipata celebratio pro incerto elemosynam oblaturo est prohibita à Paulo V. & Congr. Concil. 15. Nouemb. 1605.
- 34 Anticipata celebratio eius Missæ, quæ die sequenti facienda erat conceditur. DD. apud Barbof. *allegat. 24. numer. 14.*
- 35 Si eligatur persona in fundatione, vt quotidie celebret, non tenetur quotidie, sed titulo honestatis, vel alia iusta causa, semel in hebdomada potest non celebrare. *Barbof. ibidem num. 31.*
- 36 Secus, si dicatur: quotidie ibi celebretur: nam per alium supplere debet. *ibid.*
- 37 Stipendia Missarum statui possunt ab Episcopo. DD. apud Barbof. *ibid. num. 8.*
- 38 Non potest statui, ne sacerdotes accipiant minus, quàm taxatum sit. *ibid. n. 9.*
- 39 Pro stipendio, etiam incongruo, accepto pro Missa, ea dicatur integrè, & non vna pro pluribus stipendijs, sublati omnibus priuilegijs. Congr. Conc. Decreto edito 21. Iunii 1625.\*
- 40 Qui cum certa elemosyna suscipit Missam celebrandam, eam ne committat alteri, retenta sibi parte elemosynæ. *ibid.*
- 41 Præscriptio elemosynæ iam accepta-



- taxa pro Missa pendet ab offerente eleemosynam in casu dubio, ab Ordinario, more locorum. ead. *Anno 1616. in declarati.*
- 42 Prescripta taxa ab Ordinario, tot tamen dicantur Missæ, quot voluerit offerens eleemosynam, etiam minori dato stipendio. *ibid.*
- 43 Si maior eleemosyna detur ultra taxam, ea tota detur celebranti. *ibid.*
- 44 Testatore non præferente eleemosynam pro certo numero Missarum, quem desiderat, præscribat Ordinarius *ibidem.*
- 45 Qui titulo beneficii, capella, legati, salarii, tenentur celebrare, non potest eadem Missa alteri danti eleemosynam satisfacere. *ibid.*
- 46 Administratores Missarum non possunt retinere partem eleemosynarum, nisi cum Ecclesia nullos habet redditus pro cera, paramentis, &c. subministrandis: & tamen expensis præcisè pro Missa deductis, dicantur totæ Missæ, quot fuerunt ab offerentibus præscriptæ. *ibid.*
- 47 Eleemosynæ quotidianæ ita accipiantur, vt oneribus anterioribus fiat satis, alias rejiciantur. *ibid.* 1625.
- 48 Noua onera in dies ita recipi possunt, vt infra modicum tempus possit satisfieri, nisi consentiat offerens in longiorem dilationem. *ibid.*
- 49 Prohibentur capsulae pro Missis, etiam in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, hoc est ad colligendas incertas eleemosynas. *ibid.*
- 50 Et in prædictis comprehenduntur etiã privati Sacerdotes. *ibid.* 1626.
- 51 Onera vero perpetua Missarum à secularibus, & Clero seculari ne recipiantur sine licentia Episcopi in scriptis, *ibid.* 1625.
- 52 Qui non concedat licentiam, nisi constet posse fieri satis oneris nouo perpetuo iuxta morem patrie examinato reddito. *ibid.* 1625.
- 53 Pecuniæ pro iisdem, seu bona stabilia deponantur statim penes idoneam personam, vel Aedem sacram, & inuestiantur, & in eorum alienatione fiat semper mentio oneris perpetui Missarum. *ibid.*
- 54 Depositiõ, & inuestituræ forma prædicta præcipitur sub pœna interdicti eo ipso ab ingressu Ecclesiæ. *ibid.*
- 55 Reductio Missarum, seu moderatio onerum reseruata est Apostolica, sedi. *ibid.*
- 56 Etiam in legato tenui. *ibid.* 1616.
- 57 Si in fundatione datur Episcopo reducendi facultas, ea non est sublata. *ibid.*
- 58 Liber habeatur in vnaquaque Ecclesia, in qua scribantur onera Missarum, & quando fit satis, & à deputato subscribatur singulis diebus. Prou. 1.
- 59 Tertio quoq; mense per idoneos ministros exigatur ratio Missarum. *ibid.*
- 60 Qui carent hoc libro. Rectores aureo nummo mulctentur; qui non scribunt, duodecim solidis. Prouinc. 7.
- 61 In concursu populi, vbi eleemosynæ dantur pro multis Missis, præficiatur, qui colligat, & distribuatur onera cum eleemosynis, & rationem reddat. Prou. 1.
- 62 Aut depositarius, eligatur, qui soluat post onerum satisfactionem. *ibidem.*
- 63 Mulctæ, de quibus supra, asseruentur in capsula, & dentur ijs, qui negligentiam suppleant. Prou. 7.
- 64 In qualibet Collegiata, & Plebe constituantur earum exactores. *ibid.*
- V. Altare. num. 28. Clericus. num. 42. 44. Exequiæ Ecclesiasticorum. num. 1. & seqq. Fily. clericorum illegitimi. num. 19. Finitiones Episcopales. num. 11. 20. Hebræi. num. 51. Pestis. n. 10. Protonotary. n. 3. 16. 17. Regularium iura sub Episcopis. n. 29.*

## ADDITIO.

- 1 IN eo altari, sub quo, vel sub cuius bradella humata sunt corpora defunctorum, non debet celebrari Missa; donec alio transferantur. Congr. Episcop. 10. Nouembris 1599.
- 2 Ante diem, & horis indebitis celebrare nõ licet, etiam vigore priuilegiorum ante Concil. Trid. concessorum, decisum refert *Lexana in sum. q. Regul. cap. 21. num. 2.*
- 3 Sacerdos alienigena, qui per longum tempus in aliquo loco celebravit, cuius vita, & mores sunt notorij, non est cogendus ostendere litteras commendatitias sui Ordinarij. *Cong. Episc. 26. Ianuar. 1588.*



- 4 Qui quotidie tenetur celebrare, si aegrotet per duos menses, non tenetur per alium satisfacere. *Petr. Nau. de restit. l. 2. cap. 2. num. 210. Et Nald. v. Missa num. 11.*
- 5 Per dies quindecim docet idem *Dia. tract. de celebr. Missa resol. 27.*
- 6 Per octo dies, vel decem. *Barbos. de pot. Episc. alleg. 24. num. 32. cui adhæreo.*
- 7 Non potest satisfieri duabus obligationibus vnica Missa, & cum nouo stipendio; nisi in fundatione cautum sit expressè, quod non teneatur sacrificium applicare. *Nota. expressè: Congr. Conc. 13. July 1630. apud Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 5. num. 38.*
- 8 Qui habuerit obligationem vnus Missæ in hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare alteri celebrationem dictarum Missarum cū cleemosyna consueta iuxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendii. *ead. 7. Sept. 1630. apud eundem ibidem num. 39.*

## Missa ritus.

- 1 Missæ approbatæ pro certis Regularibus non possunt ab aliis dici, nec in eorum Regularium Ecclesiis. *Congr. Rit. 19. Nouemb. 1622.*
- 2 Missa Rosarii concessa est Dominicanis tantum, non aliis. *eadem die 8. Aprilis 1628.*
- 3 Pro ea solet concedi Missa votiuâ communis de B. Virg. *ead. 6. Maii 1623.*
- 4 Missa S. Mariæ de Carmelo solis Carmelitæ conceditur. *ead. 6. Aprilis 1628.*
- 5 Missæ XV. Auxiliatorum, S. Gregorii pro viuus, & pro Defunctis Venetiis, & alibi impressæ, de Patre æterno, sunt omnibus prohibita. *eadem ibid.*
- 6 Non tamen Missæ prohibentur eæ, quæ numero triginta, nomine Sancti Gregorii appellantur, de quibus *Dial. 4. cap. 55. eadem 28. Octobris 1628.*
- 7 Sed & prædictæ nominatim prohibita retineri non possunt, sub pœna inflicta tenenti libros prohibitos. *eadem 3. Aprilis 1628.*
- 8 Capellani Monialium possunt celebrare Missam de Sancto, de quo Moniales recitant Officium; sed cum Missali Romano de communi, si intra Missale Romanum non est de eo Missa propria. *eadem 20. Nouembris 1628.*
- 9 In ipsa Missa ritus, & precès approbatæ tantum adhibeantur. *Trident. sess. 22.*
- 10 Solis Episcopis licet sumere paramenta de Altari. *Congr. Rit. 7. Iulii 1612.*
- 11 Non competit Vicariis Generalibus, vt ad eorum Missam ardeant quatuor candelæ in altari, neque quod duo illis ministrent cum Cotta, etiam si sint Protonotarii. *eadem Congr. Rit. 7. Augusti 1627.*
- 12 Annuli vsus prohibetur in Missa Protonotariis non participantibus, & doctoribus. *eadem 11. Februar. 1623.*
- 13 Et Canonicis Cathedralium. *eadem 20. Nouembris 1628.*
- 14 Pileoli vsus in Missa non potest concedi, nisi à Papa. *eadem 31. Ianuarii 28. Martii 24. Aprilis 1626.*
- 15 Missam inchoatam nemo repetat. *Prouinc. 1.*
- 16 In oratione, *A cunctis*, nomen S. Michaelis, seu S. Ioannis Baptistæ, si ii sunt Patroni, vel Titulares, ponitur ante Apostolos. *Congr. Rit. 22. Augusti 1620.*
- 17 Oratio iussa à superiore dici, vltra collectas de die, non dicitur in festis primæ classis. *ead. 28. Augusti 1627.*
- 18 Liber Euangelii non debet dari osculandus, nisi Episcopis, Prælati maioribus, & Principibus magnis, non Gubernatoribus, aliisque ministris. *Congr. Episcop. 22. Augusti 1589.*
- 19 Neque Vicario Apostolico. *eadem 28. Augusti 1589.*
- 20 Neque Commendatario, seu illius Procuratori. *Congr. Rit. 17. Sept. 1611.*
- 21 Laico Principi non nisi per Clericum deferatur. *Prou. 4.*
- 22 Cum oblatio fit in Missa, ne detur patena osculanda. *Prou. 1.*
- 23 In Missa fer. 4. temporum occurrentis in die octaua Natiu. B. Virg. præfatio erit ferialis. *Congregat. Rit. 12. Decembris 1626.*
- 24 In Canone, nomine Antistitis nō sunt nominandi superiores Regularium. *ead. 12. Nouemb. 1605.*



- 25 Communicantes, de Ascensione, non omittitur in festis secundæ classis, quæ occurrant infra octauam Ascen. licet de ea non fiat commemoratio. eadem 28. Augusti 1617.
- 26 Signum, quod fit cum patena à fronte ad pectus, est signum crucis. eadem 13. Martij 1627.
- 27 In Parasceue immittitur particula in calicem sine crucis signo. ead. 28. Augusti 1627.
- 28 In fine Missæ ad quodeumque altare celebratæ fit reuerentia Cruci infra gradus, capite discooperto. ead. *ibid.*
- 29 Reliqua in Missali habentur, & in *Th. sacro sacrorum Rituum tom. 1. Auctore huius operis, ubi multa.*  
V. *Cardinalis. num. 21.*  
*Exequæ. num. 30. 53. 54. 55.*  
*Missæ. num. 3. 11. 12. 13.*

## Missa Parochialis.

- 1 **P**arochi saltem ter in hebdomada celebrent. Prou. 1.
- 2 Die festo duabus horis post ortum solis fiat Missa. Prou. 4.
- 3 Alijs diebus pro commodo populi. *ibidem.*
- 4 Si alius est sacerdos, hic in aurora celebret pro iter agentibus. *ibid.*
- 5 Intra fines Parochiæ nulla fiat Missa in die festo, excepta illa prima ante Missam Parochialem, sine licentia Parochi. *ibid.*
- 6 Si illa prima nocet, tollatur. *ibidem.*
- 7 Ne gratia cuiusquam anticipetur, aut differatur, neq; concio omittatur, Pro. 1.
- 8 Imperiosi, minaces in hac re coercantur ab Episcopo; clericus priuatione beneficii, seu inhabilitate ad beneficia; laicus excommunicatione. Prou. 4.
- 9 Moneatur populus, vt Parochialem audiat Missam. Prou. 1.
- 10 Non potest Ordinarius multis, & penis per Concil. Trid. etiam in casu notabilis negligentæ, aut contumaciæ, cogere populum ad audiendam Missam in Parochiali. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 17.*
- 11 Possunt enim Laici eandem audire in Ecclesijs Regularium ad librum, Leo

- X. 13. Nouembr. 15 17. & Congr. Episc. 1. Iulij 1666.
- 12 Viduæ non excusentur ab audienda Missa, vltra mensem. Prou. 1.
- 13 Ne quid profanum in Missa publice- tur. Prou. 4.
- 14 Cum eleuatur sacramentum, detur signum sono campanæ, quæ est in Turri Prou. 2.
- V. *Doctrina Christiana. num. 15.*  
*Missæ. num. 15.* Regularium iura sub Episcopi num. 30.

## ADDITIO.

- 1 **N**on potest prohiberi celebratio Missæ in oratorio ruri edificato per laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. Congr. Conc. 18. Septemb. 1627. Congr. Rit. 31. Mart. 1629.

## Missa Conuentualis.

- 1 **T**enentur Canonici omnino cantare Missam de die, vt lucrentur distributiones. Cong. Rit. 28. Ianuarij 1612.
- 2 In Cathedralibus, & collegiatis, etiam in ferialibus, fiat Missa cum Diacono, & Subdiacono, si numerus sufficiat. Prou. 4.
- 3 Canonico celebranti assistens datur, si est immemorabilis consuetudo. Congreg. Rit. 19. Iunij 1604.
- 4 Potest Episcopus cogere Canonicos, vt à capellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono. eadem 17. Iulij 1627.
- 5 Missa votiuæ, seu de Requiem non valet pro Missa de die, nisi vt in Rubricis eadem 17. Ianuar. 1627.
- 6 Anniuersarium Defunctorum, aut in die depositionis, supplere non potest pro Missa de die, sed vtraque cantanda est Missa, eadem 12. Iulij 1628.
- 7 Neque consuetudo contraria induci potest non cantandi Missam Conuentualem de die. ead. 16. Ianuarij 1627.
- 8 Duæ Missæ de festo, & de feria in Rubricis præscriptæ non debent omitti; neque potest omitti altera, etiam si celebrandum sit Capitulum. eadem 6. Maij 1626. & 16. Ianuarij 1627.
- 9 Cum prædictæ duæ Missæ prescribuntur.



- tur, ambæ cantentur; & præterea, si occurrant, anniuersaria fiant, sub præna pendendæ distributionis, omnibus de Choro, toto eo die, & sequenti. Prouinc. 4. ex *Miss. Rom.*
- 10 Missa Natiuitatis Domini in aurora ne omittatur in Collegiatis, neque in Parochiali, ubi cantatur prima, & tertia Missa *ibid.*
- 11 Qui benedicit cineres, candelas, ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. Congr. Rit. 26. Febr. 1628.
- 12 Missa solemnis in Rogationibus maioribus dicitur de Sancto Marco, si in Ecclesia eiusdem terminatur processio eadem 23. Maij 1603.
- 13 Missa solemnis pro re graui, ea est inter uotiuas, pro qua conuenit totus Clerus cum Episcopo. ead. 19. Maij 1607.
- 14 Qui Missam Conuentualem cantare debet, & contemnit, vel negligit, distributione iudici careat, & suspendatur à munere ordinis sui. Prouinc. 2.
- 15 Planetis plicatis in Missa vii. possunt Regulares in Ecclesijs proprijs insignioribus. Congr. Rit. *apud Alcoer. in suo Ceremoniali.*
- 16 Si ob terræ frigiditatem populus ueniat tarde pro solempni Missa, tardius etiam recitetur Hora tertia, potius, quàm decantetur post sextam. ead. *apud eundem ibidem.*
- 17 Celebrans, & Ministri sedere possunt dum cantatur Epistola, & Graduale, eadem *apud eundem ibidem.*
- 18 Sedeat autem ille in loco parato, non in stallò. eadem 12. Junij 1627.
- 19 Beneficiati solempniter celebrantes cū Diacono, & Subdiacono, debent sedere in eodem loco, ubi sedent Canonici celebrantes solempnem Missam, non obstante quacumque consuetudine. eadem 15. Ianuarij 1611.
- 20 Si quid canatur in Missa, præter ea, quæ habentur in Missali, prius probeatur ab Episcopo. Prou. 3.
- 21 Hymnus angelicus, Symbolumque non dicuntur in uotiuâ solempni, in qua paramenta violacæa adhibentur. Congr. Rit. 19. Maij 1637.
- 22 Symbolum totum cantatur à Choro, non alternatim cum organo. Prou. 3.
- 23 Præsbyter celebrans neminem thurificet, neque Diaconus det pacem domino loci. Congr. Rit. 5. Julij 1614.
- 24 Canonici parati incensantur ante Vicarium ead. 6. Martij 1610.
- 25 Beneficiati parati incensantur ante non paratos. eadem 30. Augusti 1602.
- 26 Vicarius non Prælatus duplici tantum ductu incensatur, absente Episcopo. ead. 14. Ianuar. 1617.
- 27 Vicario etiam Apostolico non datur trina incensatio. Congr. Episcop. 28. Augusti 1589.
- 28 Gubernatori Prouinciæ thus, & pax dantur ante Vicarium Episcopalem, etiam absente Episcopo. eadem 30. Junij 1592.
- 29 In alijs minoribus ciuitatibus præsentente Episcopo, dantur Gubernatori, & postea Vicario, sed absente Episcopo, prius Vicario, nisi Gubernator sit Episcopus. ead. *ibid.*
- 30 Gubernator non Prælatus incensatur post Canonicos Assistentes, ante alios Canonicos Episcopo præsentente: absente vero, post Vicarium Generalem; etiam si ille sit vxoratus. eadem 9. Maij 1606. 17. Nouembr. 1607.
- 31 Non incensantur mulieres in Ecclesia cum solempnitate distincta ab alijs. Congr. Episcop. 26. Aprilis 1594.
- 32 Cum eleuatur Sacramentum, detur signum cum campanis maioribus. Pro. 2.
- 33 Pax Diacono datur à Subdiacono post datam pacem in Choro, Episcopo præsentente, Congr. Rit. 17. Junij 1606. & 15. Martij 1638.
- 34 Diaconus, & Subdiaconus nisi celebrarint, communicent saltem in festis. *Trid. sess. 23. cap. 15.*  
*V. Præcedentia. num. 26. 27.*  
*Processio. num. 25.*

ADDITIO.

- 1 **A** Brogata est omnis contraria consuetudo non cantandi Missam de die ultra uotiuam. Congr. Rit. 18. Jul. 1628. August. 1628.
- 2 Dignitatibus hinc inde distributis in choro, incensantur ea cum Canonicis ab vna parte, deinde alia cum alijs canonicis ab alia; non autem Dignitates omnes simul ante omnes canonicos. eadem 7. Decemb. 1601.

3 Thu-



- 3 Thurificatio cum triplici ductu conuenit vni tantum, & digniori, idest Episcopo. *ead.* 11. Decemb. 1604. 11. Nouemb. 1614.
- 4 Absente Episcopo, thurificatur celebrans triplici ductu. *eadem* 9. May. 1606. 30. Ian. 1616.
- 5 Vicarius Generalis sedens in Choro supra Canonicos duplici ductu, non triplici, si tamen non sit Prælatus. *ead.* 14. Ianuar. 1617.
- 6 Dignitatibus, & Canonicis cathedralium, & collegiatarum in suis Ecclesijs duplici ductu fit incensatio; ceteris de choro vnico ductu. *ead.* 9. May. 1606. 30. Ianuar. 1616.
- 7 Nisi Portionarij, & alij in omnibus, & per omnia æquiparentur Canonicis. *ead.* 21. Mart. 1615.
- 8 Magistratus æque ac Canonici post eos æquis ductibus incensatur. *ead.* 10. Iun. 1600.
- 9 Et hoc in omnibus Ecclesijs, vbi conueniunt Canonici Cathedralis, & Magistratus. *ead.* 16. Iun. 1607.
- 10 Nec non Canonici collegiatæ ante Gubernatorem, & officiales. *ead.* 28. Ianuar. 1618.
- 11 Semper tota thurificatio facienda est cum vnico thuribulo. *ead.* 21. Iulij 1618.
- 12 Neque probatur duorum vsus in incensatione personarum. *ead.* 15. Mart. 1608.

## Monetarij.

- 1 **A**D Ordinarios locorum, vbi non est Legatus, vel Prolegatus, spectat cognitio causæ monetariorum ecclesiasticorum, etiam Regularium Urban. VIII. Anno 1627.\*
- 2 Et ad viciniorem Ordinarium, si locus delinquentis est exemptus. *ibid.*
- 3 Aureas & argenteas monetas ton dentes, fabricantes, colorantes, adulterantes, erogantes, sæculari Curie tradantur. *ibid.*
- 4 Deuinentes, transferentes, instrumenta, opem, materiam præstantes, triremium decenniali pœna puniantur. *ibid.*
- 5 Impedientes, ne procedatur, priuantur eo ipso beneficijs, officijs, cum inhabilitatione, amissione vocis actiue,

- & passiuæ, excommunicantur. *ibid.*
- 6 Tenentur omnes consignare acta, & scripturas requisiti à prædictis. *ibid.*

## Monialium Monasteria.

- 1 **N**Oua ne erigantur, quibus ad minus 30. scutorum redditus annuus non assignetur pro duodecim sustentandis. Congr. Ep. 27. Maij 1603.
- 2 Neque erigantur sine consensu Ordinarij. *ead.* 13. Septembr. 1583.
- 3 Neque sine speciali sedis Apostolicæ indultu. *ead.* 10. Aprilis 1615.
- 4 Neque erigantur, nisi in locis muro cinctis, & vbi copia confessariorum adest, aut facultates conducendi confessarium aliunde. *eadem* 13. Sept. 1583.
- 5 Multiplicatio monasteriorum euitetur in ijs locis, in quibus iam erecta laborant inopia. *eadem* *ibid.*
- 6 Prope monasteria tollantur omnes arbores altæ. *eadem* 13. Aug. 1585.
- 7 Portæ duæ tantum concedantur, vna iumentis, & vehiculis, altera alijs vibus. Prou. 4.
- 8 Duabus clauibus vnaquæque claudatur, altera apud Præfectam, altera apud antiquiorem professione. *ibid.*
- 9 Si expedire videatur, addatur vectis ab exteriori parte, clauē commissa vito fideli. Prou. 6.
- 10 Tres rotæ, aut quatuor ad summum, ad ianiam, in collocutorio, in Ecclesia pro sacris vestibus, & prope sedem confessionalem. Prou. 4.
- 11 Rota, quæ in Ecclesia, binas valuas ligneas habeat, interiores cum clauē apud Præfectam, exteriores cum clauē apud Capellanum seruanda, siue alium, iudicio superioris. *ibid.*
- 12 In collocutorio nullo modo sit porta, per quam aditus sit in monasterium. Congr. Episcop. 12. Octob. 1592.
- 13 Ostium collocutorij interius sit semper clausum, eiusque clauis sit apud antiquiorem earum, quæ Auscultatrices dicuntur. Prou. 1.
- 14 Duo ferrei cancelli construantur ibi, qui saltem palmo distent, alter ab altero. *ibidem.*
- 15 Intimo cancello versus Moniales ferrea lamina appingatur, immobilis, cui



- cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabelis affixus, instar fenestree, quae aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur. *ibid.*
- 16 Lamina sit perforata exiguis foraminibus, & in ea fieri potest quadrata fenestellula, cuius clavis sit apud Praefectam, neque aperienda erit, nisi Episcopo, vel Superioribus Ordinibus, aut parentibus, & sanguine coniunctis Monialium, aut Notario instrumentum confecturo, vel concionatori. *ibid.*
- 17 Clavis ostii exterioris colloquutorii committatur confessario, vel pio viro, qui noctu, & certis diebus inuigilent, ne colloquutioni sit aditus. Prou. 6.
- 18 Dormitionis locus sit vnus, clauē noctu apud Praefectam retenta. Prou. 1. & 4.
- 19 Duo alia monasterii loca sint communia pro vestibus Monialium, & pro labore manuum. Prou. 4.
- 20 Caminus priuatis cellis ne permittatur, & vbi est, obstruatur. *ibid.*
- 21 Horti in angustiores fines concludantur. *ibid.*
- 22 Ea sit clausura monasterii, vt Monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis securē per monasterium ambulare liceat. Prou. 1.
- 23 Aedes proximae ne locentur famosis mulieribus. *ibid.*
- 24 Neque in ea loca migrent Regulares viri, neue areas Monialibus proximas emant, vnde Monialium aspectus fieri possit. *ibid.*
- 25 Quae sunt extra moenia vrbis, si ita videbitur expedire, trasferantur intra urbem. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regular. V. Monialium cura spiritualis. nu. 21. 26. Visitatio Episcopi num. 27.

Monialium Ecclesie.

- 1 NE detur ostium, per quod ex monasterio sit aditus ad exteriorē Ecclesiam. Greg. XIII. Ann. 1573.
- 2 Sanctissimum Sacramentum in publica tantum earum Ecclesia teneatur. Trid. sess. 25. cap. 10.
- 3 Ante illud luceat lampas in Ecclesia interiori & altera in exteriori, quando fores patent. Prou. 1.
- 4 Fenestra, qua sanctissimae Eucharistiae

elevatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & vncis duodecim; late vero vt Altaris altitudo. Prou. 4.

- 5 Ea perpetuo panno lineo tecta sit, qui tantummodo amoueat, quando eleuatur Sacramentum, neq; sacerdos ex altari videre possit Moniales. Prou. 1.
- 6 Fenestella pro comunione Monialium ita alta sit, vt Sacerdos commodē ministret stans, non genuflexus. Prou. 4.
- 7 Eiusdem clavis perpetuo sit apud confessarium. Congr. Episcop. 12. Ianuar. 1694.
- 8 Pro Sacris Reliquiis fenestella construatur in pariete exteriori cum tribus clauibus, vna penes Episcopum, altera apud confessarium, tertia apud Praefectam. Prou. 4.
- 9 Organum ne constituatur, nisi locus, in quo apte locetur, superioris iudicio ante probetur. Prouinc. 1.
- 10 Prohibentur alia instrumenta musica praeter harpicordium, quod addiscendam organi artem adhibetur. *ibid.*
- 11 Praeter Mifsam nihil ab aliis canatur. *ibid.*
- 12 Ne permittatur in Ecclesiis Monialium cantus simplex, vel figuratus a personis saecularibus, Cong. Episc. Anno 1593.
- 13 Si viget consuetudo sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori, permittatur. ead. 20. Septemb. 1594.
- 14 In sepultura Monialium, quae clausuram est, ne sepeliantur extranei. ead. 1. Martii 1585.
- 15 Ne instituat ibi Confraternitas laicorum. eadem 6. Nouemb. 1595. V. Oratio publica. num. 13.

Monialium clausura.

- 1 CLAUSURA perpetua decernitur à Pio V. Anno 1566.
- 2 Votum clausurae venit sub voto obedientiae. Congr. Episc. 19. April. 1619.
- 3 Episcopi procurent clausuram sanctimonialium: inobedientes, & contradictores, compescant per censuras, & poenas. Trideut. sess. 25. cap. 5.
- 4 Nemini sanctimonialium post professionem liceat exire, etiam ad breue tempus, quocumque praetextu, nisi ex



- si ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 5 Pœna egredientibus est excommunicatio; reseruata Papæ. Pius V. Anno 1569.
- 6 Excipitur causa incendij, lepræ, epidimæ, de consensu Episcopi; & in scriptis approbata, & ad tempus. *ibid.*
- 7 Epidimæ nomine intelligitur quicumque morbus popularis contagiosus. Congr. Episc. 8. Nouembr. 1594.
- 8 Etiam si Regularibus sint subiectæ, debet Episcopus approbare causam. Pius V. *loco citato*, & DD. apud Barbos. *alleg.* 102. num. 28.
- 9 Concedentes licentiam exeundi sine causa, committentes, recipientes subiiciuntur prædictæ pœnæ cum priuatione dignitatis, officiorum, inhabilitate, & alijs. Pius V. *ibid.*
- 10 Tectum monasterij est pars eiusdem, Bon. *de claus. Monial. quest. 1. punct. 1. n. 3.*
- 11 Non possunt egredi ianuam monasterij ad claudendam vltiorem ianuam, quæ patet exteris. Greg. XIII. Anno 1573.
- 12 Neque exeant ad consecrationem. Congr. Episc. 9. Octobr. 1584.
- 13 Nouitijs non detur licentia exeundi ad visitandos parentes. ead. 1. Sept. 1617.
- 14 Neque transferri possunt Moniales pro instructione noui Monasterij, inconsulta sede Apostolica. eadem 27. May 1603. & decisum referunt DD. apud Barbos. *loco citato* num. 25.
- 15 Si concedatur translatio, fiat in auro. decisum refertur. *ibid.* num. 26.
- 16 A viris granibus; & cognatione propinquis. Prou. 5.
- 17 Si diuertant aliò, tam in exitu, quam in reddito 20. circiter milliaribus, ad sacram Imaginem vel ad consanguineos non violant clausuram. Sanchez. *de op. mor. tom. 2. l. 6. capit. 16. num. 61.*
- 18 Neque conuersæ possunt exire ad ornandum Altare in Ecclesia exteriori. Congr. Episc. 27. Octobr. 1592.
- 19 Possunt hæc pro quæstu egredi, ætatis saltem 40. annorum, non pulchræ; neque pernoctent foris. eadem 14. Apr. 1615.
- 20 Item conceditur Monialibus Conuettitis si egeant, & cum iisdem conditionibus. eadem *ibid.*
- 21 Neque plures, quam octo, destinentur ad quæstum. eadem 15. Sept. 1503. & Anno 1573. apud Zechum *de Repub. tit. de reg. c. 3. num. 15. vers. 9.*
- 22 Si deinde non egant, cessent à quæstu. eadem 14. Apr. 1615.
- 23 Incorrigibiles eici non possunt, neque transferri, inconsulta sede Apostolica. eadem 27. May 1603.
- 24 Fugitiuæ reuocentur, & Episcopi iudicio inter Conuettitas reponantur, imposita debita pœnitentia. Prou. 1.
- 25 In causis criminalibus ne educantur è monasterio, neque ad breue tempus, in aliud monasterium, *ibid.*
- 26 E contra nemini liceat ingredi septa Monasterij Monialium sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Trid. *loco citato.*
- 27 Non est tamen absolutio reseruata Papæ. *ibid.* neque in Bulla Gregorij XIII. de cuius mente controuersia est inter Doctores; & ijs assentior, qui negant eum reseruasse simplicem ingressum, sine licentia, summo Pontifici.
- 28 Fiat in scriptis licentia vt supra nisi ingrediatur vna cum Episc. Prou. 6. vel nisi periculum sit in mora; tunc enim ore tenus dari potest, imò, & absque licentia ingressus licet. Bonac. *q. 4. punct. 3. num. 1. v. Licentia nu. 8. 9.*
- 29 Vicelegatus non potest ingredi sine licentia Episcopi. Congreg. Episcop. 9. Martij 1604.
- 30 Magistratus, & Deputati ad curam Monialium non debent ingredi cum Episcopo, nisi hic eos elegerit. eadem 1. Martij 1585.
- 31 Pueri, & puellæ cuiusuis minimæ ætatis non possunt admitti intra septa Monialium. eadem 12. Februar. 1585.
- 32 Vbi viget consuetudo introducendi puellas habitum ibi suscepturas, vt per biduum, aut triduum sint ibidem, tolleretur. eadem 12. Junij 1594.
- 33 Neque possunt admitti consanguinæ ad visitandas ægrotas, etiam in casu mortis. Decium refert Rodriq. *tom. 1. quest. 64. num. 11.*
- 34 Dari debet licentia in casibus tantum necessarijs. Trid. *loco cit.*
- 35 Statuit Episcopus, quæ opera in monasterijs ingressu virorum necessarium requi-



- requirant. Prou. 1.
- 36 Nulla de causa pernoctare possit quispam in Monasterio, proposita pœna excommunicationis latæ sententiæ. *ibidem.*
- 37 Confessarius non potest ingredi ad aspergendum domum in Sabbato Sæcto, neque alio die. Congr. Episc. 4. Sept. 1556.
- 38 Neque ut comitetur medicos, aut operarios. eadem 13. Sept. 1583.
- 39 Neque ut audiant confessiones illius infirmæ, quæ potest accedere ad sedem confessionalem. eadem *ibid.*
- 40 Neque item prætextu sepeliendæ Monialis, aut officium funerale peragendi. eadem *ibidem.*
- 41 Neque ite processions causa. Prou. 5.
- 42 In casibus, quibus confessarius eget socio, non est necessaria licentia pro eo expressa. Sanchez *supra lib. 6. cap. 16. num. 47.*
- 43 Administrata extrema vnctione relinquuntur alia Monialibus ad bene moriendum, & exeat confessarius. Congr. Episc. 13. Septemb. 1583.
- 44 Neque confessarius diuagetur ad aliã partem monasterii, nec etiam occasione visitandi alias infirmas. eadem *ibid.*
- 45 Chirurghi possunt ingredi in casu necessitatis, etiam post signum vespertinum salutationis Angelicæ. eadem 1593.
- 46 Quibus cura est Monialium, non possunt ingredi, nisi casibus necessariis, cum paucis sermonibus, ac religiosis viris. Gregor. XII. Anno 1582.
- 47 Sub pœna, Episcopis prima vice interdicti ab ingressu Ecclesiæ, tum à munere Pontificali; tum excommunicationis ipso facto, non reseruata. eadem *ibid.*
- 48 Alii autem, excommunicationis, & aliis pœnis idem Anno 1575. & est reseruata absolutio. V. *Absolutio. num. 15.*
- 49 Episcopus non potest ingredi in monasterium non sibi subditum, extra visitationem clausuræ, sine licentia superioris Monialium. DD. apud Barbof. *alleg. 102. num. 42.*
- 50 Moniales præsumentes admittere alienos sine licentia, vel causa, ut supra, subiiciuntur pœnis excommunicationis reseruata, & aliis Greg. *ubi sup. 1575.*
- 51 Præterea tribus mensibus carceri mancipetur ea, quæ introduxerit marrem, vel fœminam sine licentia, & singulis sextis feriis panis, & aqua tantum illi dentur, & ad annum velo priuetur. Prou. 6.
- 52 Eandem pœnam luent, quæ rotæ, & ianuar præficiuntur. Præfecta, & quauis alia consenserit. *ibid.*
- 53 Præfecta subiacet prædictis pœnis, si non impiederit. Bonac. *de claus. mon. quest. 4. pun. 6. num. 16.*
- 54 Licentiæ Papales reuocatae sunt postremo à Paulo V. ingrediendi monasteria, conuersandi, & cibum summandi sub pœna excommunicationis reseruata Papæ.
- 55 Licentiæ in posterum sint nullæ, si non accedit consensus Monialium capitulariter per secreta suffragia. Vrban. VIII. 27. Octobris 1624. apud Bonac. *de claus. quest. 4. pun. 5. num. 8.*
- 56 Visitare potest Episcopus clausuram non sibi subditarum sine assistentia superiorum monasterii. Congr. Episc. 25. Iunij 1596.
- 57 Etiam si numquam alias visitata fuerit. eadem 24. Nou. 1617.
- 58 Etiam si alieno Episcopo sit subiectum monasterium, eo modo, quo Regularibus. Decisum refert. Barbof. *alleg. 102. num. 6.*
- 59 Et toties quoties expedire iudicauerit. Decisum referunt DD. apud Barb. *ibid. num. 5. & 7.*
- 60 Et interrogate Moniales Regularibus subiectas de pertinentibus ad clausuram Congr. Episc. 25. Febr. 1583.
- 61 Et ideo Monasterium ingredi. Decisum. 28. Aprilis 1584. refert Barbof. *alleg. citata. num. 8.*
- 62 Neque permittat Episcopus deputari à ciuitatibus aliquos, qui comitentur visitatores Monialium Regularibus etiam subiectarum. Congr. Episc. 22. Ianuarij. 1616.
- 63 Potest Episcopus punire Regulares delinquentes circa clausuram. Greg. XV. Anno 1622.
- 64 Recusantibus visitari quoad clausuram, possunt ostia frangi ab Episcopo. Fu-



- Fuscus de *visit. lib. 2. cap. 19. ubi plura.*
- 65 Possunt excommunicari, tamquam impediētes iurisdictionem Episcopi: imo excommunicantur in Bulla Cœnæ *ibid. num. 15.*
- 66 Inuocari potest brachium sæculare; quod si negligat, excōmunicari potest. *ca. 2. de maledicis & ca. 1. de offic. Ordin.*
- 67 Excusatur à mortali ingrediens ad duos pedes, & statim regrediens. *Graff. de cas. reseru. cap. 5. num. 45. V. Casus reseruati. num. 3. Monialium receptio. num. 26. 34. Monialium educatio actiua num. 9. 14.*

## ADDITIO.

- 1 Licētia ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum danda est ab Episcopo, & superiore Regularium Monasterij. *Congr. Conc. 13. Nouemb. 1610. facto verbo cum sanctissimo, & Cong. Episc. 26. August. 1594. & 21. Febr. 1617.*
- 2 Idem in Diœcesi seruetur, deputato aliquo, qui pro Episcopo agat. *ead. 21. Febr. 1617.*
- 3 Episcopus, seu Vicarius primo loco subscribat: in Diœcesi superior Regularis primo loco. *ibid.*
- 4 Exceptis repentinis casibus, in quibus alterius subscriptio sufficit. *ibid.*
- 5 Edicta vero de accessu ad Moniales subscribēda sūt ab Episcopo tantū. *ibid.*
- 6 Vbi vero est consuetudo, quod à superioribus Regularibus nō petatur licentia, seruetur. *Congr. Conc. 21. Maij. 1630.*
- 7 Licentia est necessaria in scriptis, alioquin excommunicatio incurritur. *Barbos. de iure Eccl. l. 1. c. 44. n. 112.*
- 8 Excepto casu repentino. *ibid. n. 114.*
- 9 Renouentur licentiæ Medicorum, chirurgorum, & operariorum quolibet trimestri. *Congr. Episc. 28. Mart. 1588.*
- 10 Ad conficiendum panem nullus ingrediatur: canes omnes, seu catelli in Monasterio non admittantur. *Clem. VIII. apud Moscon. de maiest. milit. Eccl. l. 1. p. 4. cap. 4.*
- 11 Fratres minores nō possūt eligi ab Episcopo pro socijs, vt simul ingrediatur Monasterium Monialium. *DD. cū Barbos. loco cit. n. 109. quia in eorum regula summi Pont. licentia requiritur.*

## Monialium collocutio cum exteris.

- 1 **E**dictum Episcopi contra colloquētes cum Monialibus sub pœna excommunicationis comprehendit etiā eos, qui aduent Monasteria Monialium non subiecta Episcopo existentia in sua Diœcesi, si fiat mentio etiam de exemptis. *DD. apud Barbos. alleg. 192. numer. 74. 75. V. Excommunicatio. num. 36.*
- 2 Licentia alloquendi Moniales Regularibus subiectas debent dari ab Ordinario, & superiore Monialium simul Congr. Episc. 15. Febr. 1595. nisi obster contraria consuetudo.
- 3 Seruetur consuetudo, si est quod detur licentia ab Episcopo, & superiore Monialium exemptarum. *Decisum retert Quar. V. Monast. Monial. à Congr. Concily.*
- 4 Non permittatur accessus ad Moniales sub pretextu docendi sonum cymbalorum, aut alterius instrumenti, aut musicam, cantumue, ad crates. *Congr. Episc. 13. Sept. 1583.*
- 5 Clericus frequentans monasteria Monialium, si monitus ab Episcopo non desistat, est suspendendus. *cap. Monasteria, de vita & hon. cler.*
- 6 Potest etiam excommunicari *cap. vt clericorum. ibid.*
- 7 Patres, & matres Monialium possunt eas alloqui sine licentia, non tamen in diebus prohibitis. *Congr. Episc. 15. Ianuar. 1616.*
- 8 Item filij Monialium proprias matres. *eadem 15. Martij 1619.*
- 9 Moniales ipsæ ne cum externis loquantur sine licentia superiorum in scriptis. *Prou. 1.*
- 10 Pœna ijs proposita non loquendi cū externis per tres menses, etiam cum propinquis, & singulis sextis ferijs se flagellandi cum Pal. Miserere. *ibid.*
- 11 Abstineant diebus communionis, festiuis, tempore Aduentus, Quadragesimæ, & diuinorum officiorum, nisi ex necessitate. *ibid.*
- 12 Præfecta asseruet omnes licētijs scriptas, quas quisque feret Episcopoque clausuram visitanti, & quoties voluerit eas



cas exhibeat. Prou. 6. *De dicitur in*  
*V. Hebr. et. num. 22. Licentia. num. 6. 7.*  
*Monialium communes leges. m. 24. Regu-*  
*larium iura in ordine ad Moniales num.*  
*9. & seqq.*

ADDITIO.

- 1 **E** piscopus non potest promulgare excommunicationem contra alloquentes monialem Regularibus subiectam sine licentia ipsorum, sed alias penas potest imponere. *Cong. Episc. 1. Sept. 1617. apud Barbof. de iure Eccles. l. 1. c. 44. num. 168.*
- 2 Subcollector sine licentia ordinarij alloquens Moniales potest ab Episcopo excommunicari, decisum refert *Barbof. loc. cit. num. 154.*

Monialium numerus.

- 1 **P** resigatur Monialium numerus. Pius V. Anno 1566.
- 2 In tantum numerus constituatur, & conferentur, qui vel ex redditibus proprijs vel ex consuetis elemosynis commode sustentari. *Trid. sess. 25. c. 3.*
- 3 In numero Monialium comprehenduntur etiam Conuersae necessariae. *Congr. Episc. 6. Nouembr. 1595.*
- 4 Saltem quindecim Monialium fit numerus ead. 27. Maij 1603.
- 5 Episcopus debet numerum praefigere, etiam in monasterijs exemptis cum interuentu superiorum Regularium. *Gregor. XIII. Anno 1573.*

ADDITIO.

- 1 **V** irgo non dicitur coacta ingredi religionem, sed tantum inducta, quo a patre instituitur haeres, ea lege, vt in Monasterium ingrediatur, & nisi ingrediatur, instituit Monasterium, & eidem filia relinquit aureos 25. pro alimentis decisum refert *Nald. Virg. num. 9.*
- 2 Prohibentur munera, quae erant solita dari in ingressu, seu susceptione habitus: & quod sponte offertur a consanguineis, in commune seruetur; neque fiant conuiuia inter moniales, & multo minus cum saecularibus. *Clem. VIII. apud Moscon. de maich. m. l. Eccles. l. 1. par. 4. cap. 4.*

Barth. Gault.

Monialium receptio.

- 1 **E** xcommunicantur omnes, qui quomodocumque Virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint inuitam ad ingrediendum monasterium, vel habitum suscipiendum religionis, vel ad professionem emittendam. *Trid. sess. 25. cap. 18.*
- 2 Item ij, qui consilium, auxilium, fauorem dederint, quique scientes eam non sponte facere quoquomodo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. *ibid.*
- 3 Non excommunicantur ij, qui per vim inductiuam, non coactiuam, coegerint virginem monasterium ingredi. Decisum refert *Barb. alleg. 104. n. 3.*
- 4 Non impedit metus reuerentialis patris, nullis precedentibus minis, & verberibus. *Riccus in praxi ref. 599.*
- 5 Effectu secuto, decretum Tridentini intelligitur. *Barbof. num. 7.*
- 6 Excommunicantur & ij, qui voluntatem praedictarum vel accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo sine iuxta causa impederint. *Trid. vbi supra.*
- 7 Viduam non conuenit admitti ad habitum monachalem virginum. *Congr. Ep. 29. Ianuarij 1585.*
- 8 Nullo modo admittatur vidua, vt viuat ibi in habitu laicali. decisum refert *Campanil. Rub. 12. cap. 16. nu. 31.*
- 9 Illegitimo thoro nata non excluditur. *Congr. Episc. Anno 1592.*
- 10 Tertia totor Monialis, ne admittatur sine licentia sedis Apostolicae. ead. 25. Maij 1595.
- 11 Supernumeraria non potest admitti sine licentia sacre Congregationis. ead. 6. Februarij 1615.
- 12 Ad loca vacatura non dentur expectatiuae. ead. 6. Septembr. 1604. \* & 12. Maij 1619.
- 13 Sub pena praefectis Monialium priuationis suffragij. ead. 6. Sept. 1604. \* & refertur a *Campanil. Rub. 12. cap. 16. num. 14.*
- 14 Ancillae ne introducantur in seruitium infirmarum, seu decrepitarum, sine licentia sedis Apostolicae. *Congr. Ep. 22. Augusti 1605.*
- 15 Moniales sanctae Clarae regulariter non habent

k



- habēt Conuerſas, ead. 12. Aprilis 1619.
- 16 Neque Moniales ſancti Franciſci. eadem. 22. Nouembr. 1619.
- 17 Moniali defuncta, alia ſubrogetur, nō autem in eius locum ſupernumeraria. eadem 19. Aprilis 195. & 6. Septembr. 1602. apud *Camp. loc. cit.*
- 18 Mortua numeraria, etiam Conuerſa, ad reliquas Moniales ſpectat capitulariter admittere in eius locum. ead. 6. Febr. 1615.
- 19 Quæ habitum regulare ſuſcipere uoluerit, maior fit duodecim annis. Trid. loco citato cap. 17.
- 20 Habeat annū duodecimū completum alias recurratur ad Sac. Congregationem. Congregat. Ep. 1592.
- 21 Neque habitum ſuſcipiat, antequam examinetur ab Epifcopo, vel eius delegato. Trid. loco citato.
- 22 Neq; dentur ſuffragia à Monialibus, antequam fuerit examinata ab Epifcopo, & data licentia in ſcriptis. Prou. 1.
- 23 Anno ſaltem, antequam examinetur, propoſitū ſuum aperiat Epifcopo, Monialibus, & earum ſuperiori. *ibid.*
- 24 Et licet uelit ingredi monaſterium Regularibus ſubiectum, Epifcopus tamen examinare illam debet. Congr. Epifc. apud Barb. *alleg. 100. num. 4.*
- 25 Cū examen fit puellæ, moneantur parentes, & alij de excommunicatione lata ſupra à Concil. Trid. Prou. 1.
- 26 Neque per plura monaſteria vagari permittatur, ut inſpiciat, quem ſibi deligat locum Prou. 4.
- 27 Sed interea conſiteatur cōfeſſario Monialium ſemel ſingulis mēſibus, & probetur à Monialibus. Prou. 1.
- 28 Suffragia deinde dentur tacita, etiam in monaſterijs Regularium cure ſubiectis. Prou. 4.
- 29 Et duas partes ex tribus ſuffragiorum ferat. *ibid.*
- 30 Certe vota ſecreta debent excedere maiorem Cap. partem Congr. Ep. 1603.
- 31 Recepta ſtatim aſſumat veſtes pullas, nigras, vel fuſcas, vel albas, non ſericas, uale dicens mundo. Prou. 1.
- 32 Poſt ſex meſes à receptione dabitur ei regularis habitus, niſi citius, vel tardius id iudicauerit Epifcopus, & Monialium ſuperiori. *ibid.*
- 33 Deducatur mane nulla pompa, & ſola introducatur in Eccleſiam, ubi Miſſa audita, & ſumpta communionē, veſtiatur à ſuperiore, vel conſeſſario, addito ſermone pio. *ibid.*
- 34 Ne id circo ingrediatur monaſterium, qui eam veſtit. Congr. Ep. 13. Sep. 1583.
- 35 Imponatur ei nomen ſanctę, non gentilis ſerminæ. Prou. 1.
- 36 Si facultas datur, prius Conſirmationis ſacramentum ei miniſtretur, quàm detur habitus. Prou. 3.
- 37 Non exeat amplius, niſi pœniteat habitus, ſi exit, nulla datur redeundi facultas. Prou. 1.
- 38 Præſcribat Epifcopus expēſas, & ſumptus occaſione habitus. Deciuſum referat Campanil. *Rub. 12. cap. 16. nu. 13.*
- 39 Maneant Nouitiæ in loco ſeparato. Congr. Epifc. 1603.

*Monialium Nouitiarum alimenta,*

- 1 **E**xcepto victu, & veſtitu Nouitię illius temporis, quod eſt in probatione, nihil tribuatur monaſterio de bonis eiufdem, ſub pœna anathematis dantibus, & accipientibus. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 16.*
- 2 Tempore Nouitiatus præbeantur alimenta à conſanguineis, præter dotem depoſitam. Congr. Ep. 13. Sept. 1583.
- 3 Præſcribat Epifcopus alimentorum expenſas. Prou. 2.
- 4 Pecunia uero eo nomine decreta, re ipſa apud certum hominem idoneum deponatur, qui ſuppediter neceſſaria. *ibid.*
- 5 Anno probationis durante deponatur pecunia, quæ datur nomine dotis, ſeu alimentorum pro tota uita, & poſt profeſſionem in bonis ſtabilibus. ſeu cenſibus implicetur. Cong. Epifc. 1581.
- 6 Soluatur in are, non in bonis ſtabilibus. eadem 28. Martij 1588.
- 7 Deponatur penes idoneam perſonā, non affines, neque conſanguineos Monialium. eadem 5. Iunij 1615.
- 8 Pro tertia ſorore duplicata portio debet ſolui, intra numerum præfixum & ſuffragio carebit in Capitulo, quouſque altera ex duabus primis eius ſororibus deceſſerit è uita. eadem 26. Aug. 1616.
- Pro



- 9 Pro quarta sorore triplicata portio danda erit eadem *ibid.*
- 10 Cōu. r. e supernumerariæ soluant dotem Conuerſarum duplicatam. eadem 30. Septemb. 1616.
- 11 Duplex eleemoſyna ſignificat duplicatam ſummam eius, quæ in receptione Monialis intra numerum dari conſuevit, ita tamen, vt, vbi ſumma minor eſt ducentis ſcutis, ibi ſaltem ſoluantur 400. & non minus. eadem 6. Septembris 1604. \* *apud Campanil. Rubric. 12. cap. 16. num. 14.*
- 12 Nulla fiat dotium differentia inter terrieras, & aduenas. eodem 30. Sep. 1616.
- 13 Expendi poteſt dos in vſus cōmunes monaſterij neceſſarios: ſi vero ſit ſupernumerarjarum, omnino in emptionem bonorum ſtabilium conuertatur. ead. 6. Jun. 1615.
- 14 Nulla renunciatio, aut obligatio valeat, niſi fiat cum licentia Epifcopi, ſeu Vicarij intra duos mēſes proximos ante profeſſionem. *Trident. ſeſſ. 25. cap. 16.*
- 15 Nec intelligatur ſortiri effectū ſuum niſi ſecuta profeſſione. *idem. ibid.*
- 16 Si diſcedat Nouitia, reſtituantur omnia, quæ ſecum attulit, & cogantur etiam per cenſuram. *Trident. ibid.*
- 17 Idem fiat, ſi moriatur ante profeſſionem. *Deciſum refert Barboſ. allegat. 101. num. 40.*
- 18 Deductis alimentis Nouitiarus. *Azor. parte. 1. lib. 3. cap. 9. quaſt. 2.*
- 19 Habitus religioſus non eſt reſtituendus, ſed pretium. *Deciſum refert Barboſ. ſupra num. 36. v. Monialium profeſſio. num. 19.*

ADDITIO.

- 1 **M**ulier, quæ diutius manſit in Monaſterio in habitu nouitiæ cum licentia permanendi educationis, cauſa, po eſt valide donare ipſi Monaſterio, non obſtante Decreto, Conc. *Trid.* quia non eſt monialis; *deciſum refert Barboſ. de iure Eccl. l. 1. cap. 42. num. 236.*
- 2 Facta renunciatio intra duo meſes, etiam ſi differatur profeſſio ex quacumque cauſa, adhuc valet, *deciſum refert Armendar. l. 7. de regnl. num. 28. apud Barboſ. loco cit. num. 254.*

Monialium profeſſio.

- 1 **A**nus probationis debet eſſe continuus intra clauſtra, non interpallatus. *DD. apud Barboſ. allegat. 101. num. 23.*
- 2 In anno biſſextili valida eſt profeſſio poſt cōpletos dies 365. *Barboſ. ibi. n. 20.*
- 3 Si Nouitia de licentia ſuperiorum exierit cum habitu, curandæ valetudinis gratia, non interrumpitur iccitero annus. *DD. apud eundem. ibid. num. 28.*
- 5 Nouitia exiſtens in articulo mortis ætatem habens legitimam poteſt ante annum finitum profiteri, vt lucretur Indulgentias, ex *Priu. Pli V. 21. Maii 1570.* ſi conualuerit, tenetur annum explere. *Beia. parte. 4. caſu ſin.*
- 5 Quæ emiſit profeſſionem intra annum probationis, ad nihil eſt obligata, nec in foro conſcientiæ. *Deciſum refert Garz. parte. 11. cap. 9. num. 6.*
- 6 Regulariter ſinito Nouitiatu, aut profiteatur, aut eiiciatur. *Trid. ſeſſ. 25. cap. 16.*
- 7 Profeſſione fiat ante annum 16. expletum, & anno poſt habitum ſuſceptum completo. *idem. cap. 15.*
- 8 Aliàs ſit nulla. *ibid.*
- 9 Ante meſem Præſecta tenetur certiore facere Epifcopum de tempore profeſſionis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, arbitrio Epifcopi. *idem. ibid. c. 17.*
- 10 De profeſſione emittenda certior factis Epifcopus intra 25. dies examen perficere tenetur, quibus exactis amplius ſe non intromittat. *deciſum referunt DD. apud Barboſ. allegat. 100. num. 3.*
- 11 Vicarius non poteſt examinare, niſi Epifcopo impedito, ex *Trid. Barboſ. ibid. num. 8.*
- 12 Fiat experimentum, an legere ſciat; alias non admittatur. *Congr. Ep. 12. Ianuar. 1604.*
- 13 Vt admittatur ab Epifcopo, ſufficit teſtimonium præſectæ, quod in Capitulo Monialium partium de ea admittenda obtentum fuit. ead. 11. Septemb. 1615.
- 14 Fiat examen hoc ad crates. *Deciſum referunt DD. apud Barboſ. alleg. 100. n. 6.*
- 15 Si adeſt iuſta cauſa, & certa, ſuſpicionis fiat examen in Eccleſia monaſterij.



- vel alia. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. cap. 16. num. 1.
- 16 Inducta per vim in monasterium debet inde educi, & eius indemnitas protideri. Decisum refertur apud Barbof. *loc. cit. num. 7.*
- 17 Si opus est, debet ab Ordinario præfigi certis dierum numerus, 10. vel 20. intra quem Nouitia deliberet, an velit profiteri. *ibid.*
- 18 Ex causa differti potest professio ultra annum. Decisum refert Rodriq. *tom. 3. quest. 15. artic. 10.*
- 19 Contradicente maiori parte Monialium, non potest Episcopus admittere ad professionem Bonac. *de claus. quest. 2. parte 1. diff. 2. §. 6. num. 6.*
- 20 Omisso examine prædicto, permitenda sunt tamen professæ in statu suo. Decisum refert Barbof. *loc. cit. num. 9.* ita vt de professione non liceat dubitare ex hac omissione.
- 21 Si puella 12. annorum coniugata religionem ingreditur, vir eius cogendus est expectare per quatuor annos, donec illa profiteatur. Barbof. *alleg. 10. n. 11.*
- 22 Quæ professæ est in anno 15. ætatis sue, post quinquennium dicitur tacite professæ. Cong. Ep. 22. Nouemb. 1619.
- 23 Propinæ danda superioribus in habitu, & professione Monialium sunt prohibita; non tamen eleemosynæ, quæ hac occasione per pactum dantur facultatis, vel infirmariæ. ead. 5. Nouemb. 1616.
- 24 Conuiuia ne fiant in forasteriis Monialium à puellæ consanguineis, nec in habitu, nec in professione. Prouinc. 1.
- 25 Expensæ pro professione taxentur ab Episcopo pro rebus necessariis. Decisum refert Campanil. *Rub. 12. cap. 16. num. 13.*
- 26 Ritus induendi Moniales, & professionis emittenda, Episcopi cura, sit uniformis. Prou. 5.
- 27 Professio emissa scribatur in libro, & subscribat professæ, si scribere nouit. Prou. 1.
- 28 Sed potest etiã Abbatisa acceptare professionem. Bonac. *ubi supra quest. 2. p. 10. diff. 2. §. 6. num. 3.*

## A. D. D. I. T. I. O.

Potest Episcopus centuris, & pœnis sibi bene uisis prohibere Abbatissis, & superioribus Regularibus Monialium, ne puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab ordinario, decisum refert Barbof. *de iure Eccles. l. 1. cap. 44. n. 10.*

*Monialium consecratio.*

- 1 Tollenda potius est hæc consecratio. Congr. Episc. 5. Decemb. 1597. teste Praxi noua. *Episc. parte. 1. cap. 2. num. 3. ver. Virgines.*
- 2 Non conceditur Monialibus Ordinum Mendicantium, eadem 30. Sept. 1616.
- 3 Quæ consecranda sunt, agant, annum 15. ætatis completum. eadem. *ibid.*
- 4 Non debet ideo Episcopus ingredi monasterium. ead. 13. Septemb. 1583. *Monialium clausura. num. 1. 2. 46.*
- 5 Fiat consecratio ad fenestellam communis, neque è clausura egrediantur. eadem 30. Septembr. 1616.
- 6 Episcopus non potest demandare sacerdoti consecrationem virginum Maiolide irregulari. *lib. 1. cap. 29. num. 38.*
- 7 Sed tantum benedictionem. Vgol. *de pot. Episc. cap. 4. §. 11. num. 1.* sed benedictio est consecratio, mutato nomine virginitatis in alia honesta uerba, si uerè non est uirgo, & de hac loquitur Vgol. *ibid. cap. 32. §. 1. num. 2.*

*Monialium communes leges.*

- 1 Sedi Apostolicæ in mediâ subiectæ, etiam nomine Capitulum S. Petri, vel S. Ioannis ab Episcopis tamquam delegatis gubernentur. Trid. *sess. 25. cap. 9.*
- 2 Ordinationes pro Monialibus cum suis declarationibus refert fusè Quaranta in *Summa Bullar. ex Decreto Sac. Congr. Episc. pro Regno Neapolitano.*
- 3 Priores in professione sunt etiam priores in procedendo, licet receptæ fuerint post inferiores, professione. Congr. Ep. 26. Iunii 1615.
- 4 In Choro adsint ad officia diuina cum habitu.



- habitu congruenti. Prou. 1.
- 5 Orationi mentali bis in die vacent per dimidiam horam. *ibid.*
- 6 Semel saltem in mense peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trident. loco cit. cap. 10.
- 7 Diebus festis sacrae se dent lectioni. Prou. 1.
- 8 Communitati studeant in cibo, potu, somno, & vestitu. *ibid.*
- 9 Tollatur omnis occasio proprietatis. *ibid.*
- 10 In vestiario communi omnes vestes; Prou. 4.
- 11 Lectio ad mensam primam, & secundam adhibeatur, cum benedictione mensae, & gratiarum actione. Prou. 1.
- 12 E cellis inania amoueantur. *ibid.*
- 13 Recognoscantur libri earum a superiore, vel confessario. *ibid.*
- 14 Neque retineant, nisi probatos ab Episcopo. Prou. 5.
- 15 Ter singulis annis Praefecta cum Discretis cellas visitet, & cuiusq. inquirat supellectilem. Prou. 1.
- 16 Prohibeant Ordinati, etiam in monasteriis sub cura Regularium, ne recreationis tempore vtantur habitu virorum, neque armis se cingant. Congr. Episc. 17. Aprilis 1604.
- 17 Neque vtantur vestibus muliebribus saecularium foeminarum, Prou. 1.
- 18 Longe minus vestibus sacris. Prou. 4.
- 19 Non scribant litteras, nisi ad superiorem, & Episcopum, sine licentia Praefecta. Prou. 1.
- 20 Neque ad se Missas aperiant, nisi Praefecta prius eas aperuerit, legerit. *ibid.*
- 21 Sub poena scribenti, vel recipienti, ne per duos menses exeat e cella, & ieiunet in sextis feriis in pane, & aqua. *ibid.*
- 22 Si litterae suspicionem criminis habent, ea praeterea priuetur facultate loquendi cum exteris per sex menses, & velo. *ibid.*
- 23 Idcirco non habeant priuatum atramentum, nec calamum. Prou. 6.
- 24 Excommunicatio lata contra loquentes non includit mittentes litteras. DD. apud Barbof. alleg. 102. num. 81. & 82.
- 25 Tollatur abusus secedendi in cellam, vestiendi vestes lugubres in morte patientum. Congr. Ep. 12. Ianuar. 1604.
- 26 Exteris intra monasterium admittis ea solum imperent, quas Praefecta elegerit: alia nec eos alloquantur. Prou. 4.
- 27 Facie sint operata, cum ab aliis videri possunt. *ibid.*
- 28 Non alantur in monasterio boues, & equi, iumenta. Prou. 1.
- 29 Alias Praefecta per tres menses amoueatur, ab officio. *ibid.*
- 30 Nihil in monasteriis aseruetur tritici, & frugum ad vsu exeriorum. Prou. 4.
- 31 Neque liceat depositi, aut custodia causa habere pecuniam, gemmas, vestes, vasa florum. Prou. 1.
- 32 Neque cibum parent exteris, aut vendant esculenta, exceptis rebus minimi momenti pro infirmis, & consanguineis Congr. Episc. 1. Iulii 1606.
- 33 Vetitum quoque sit omnino dari aliquid per rotam, portanue, elemosinae causa; sed alia ratione fiat elemosyna, iudicio Episcopi. Prou. 4.
- 34 Praefectibus Episcopus rationem victus, & taxam, a quibus non recedat Praefecta, sub poena suspensionis ab officio. *ibid.*
- 35 Aes alienum supra quinquaginta aureos ne contrahatur, sine consensu Deputatorum, aut etiam Episcopi. *ibid.*
- 36 Nec edificium fiat sine iisdem. Prou. 1.
- 37 Legantur regulae communes quotidie, saltem caput vnum a primo ad vltimum, & deinceps eodem modo. Prou. 1.
- 38 Decreta quoque maiorum ad Moniales attinentia, in communem linguam translata. *ibid.*
- M. Hora Canonicae. num. 16.*
- Monialium officiales. num. 39.*


A D D I T I O.

**E**x constit. Clem. VIII. apud Moscon. de maest. milit. Eccl. l. i. parte 4. hac iubentur.

1 Litterae, seu Epistolae nullo modo a Monialibus scribantur sine licentia superiorum, nec recipiantur, nisi prius lectae fuerint a Praefecta Monasterii.

2 Prohibeat Prelatus, ne a Monialibus munera fiant aliis saecularibus, nisi, quae

K 3 cha-





- charitatis causa iudicauerit Praefecta, de boni communibus, nomine, & de licentia conuentus: mellaria penitus abolenda, tantummodo esculenta, & poculenta parua munuscula concedantur, eo modo, & forma, quibus supra.
- 3 Nulla Monialis audeat accipere aliquid de communi sine licentia, neque officiales possint aliquid expendere de bonis communibus sine dicta licentia.
  - 4 Nulla Monialis possit dispensare aliquid de bonis suis; & si qua dispensationes fiant, nullae intelligantur, & applicentur Monasterijs.
  - 5 Nulla item ponatur in Infirmaria, nisi iussu Medici.
  - 6 Prohibeantur cantus figurati, & instrumenta omnia ad sonum, organa in Ecclesia extra clausuram permittuntur, & Moniales per se ipsas dicant officium diuinum.
  - 7 Nulla Monialis, vel alia persona secularis audeat celebrare facere in Ecclesijs Monialium priuatas Missas, praeter eas, quae a Capellanis deputatis celebrari solent, sine licentia ordinarij.
  - 8 Vnaeque Monialis sola dormiat, & tot cellae fiant, quot Moniales. *Hac Clem. VIII.*

## Monialium Officiales.

- 1 Lectio Abbatissarum, & Praefectarum fiat per vota secreta, ita ut eligentium nomina nunquam publicentur. *Trid. sess. 25. cap. 6.*
- 2 Filia scanici, vel histrionis non potest eligi in Abbatissam. *Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 29. num. 12.*
- 3 Neque corrupta virgo, quantumuis paenitens, & irreprehensibiliter viuens sine Papae dispensatione. *idem ibid. n. 13.*
- 4 Neque bigamia, neque ea, quae post votum castitatis prauaricata est, cum qua Episcopus non potest dispensare. *idem ibid. num. 14.*
- 5 Neque violans Interdictum. *idem ibid. num. 46.*
- 6 Neque vidua, sine licentia sedis Apostolicae. *Congr. Episc. 15. Jul. 1616.*
- 7 Illegitimo thoro nata non excluditur, quo minus Abbatissa possit eligi. *eadem 1592. contra. Maiolum loco cit. num. 10. 11.*
- 8 Excluditur Monialis ambiens Praefecturam. *Prou. 1.*
- 9 Ne sit minor 40. annis, & quae octo annis post professionem expressam laudabiliter vixerit. *Trident. loco cit. cap. 7.*
- 10 Si nulla sit cum praedictis qualitatibus, ex alio monasterio eiusdem Ordinis eligatur. *idem. ibid.*
- 11 Si incommodum est, eligatur ex ijs, quae 30. annum excefferint, & annis quinque post professionem recte vixerint, Episcopo consentiente. *idem ibid.*
- 12 In electione Praefectae Monialium Regularibus subiectarum potest Episcopus interesse per se, vel per alium, vna cum superioribus earum, sine impensa earumdem. *Greg. XV. Anno 1622. \**
- 13 Vnde debet moneri, & expectari vsque ad tempus praefinitum ab Episcopo, si velit adesse; secus, eo non monito, vel non expectato, poterit ille punire Regulares. *Congreg. Conc. decreto impresso 1626. \**
- 14 Ius tamen confirmandi Praefectas non datur Episcopis. *ead. in declarat. impressa 1623.*
- 15 Qui electioni praest, ante cancellorum fenestellam accipiat vota. *Trident. loco cit. cap. 7.*
- 16 Debet eligi Abbatissa cum duabus partibus suffragiorum ex tribus, nisi aliud habeat consuetudo. *Congreg. Episc. 20. Nouemb. 1585.*
- 17 Potest fieri per vota oretenus accepta a superioribus cum duobus testibus. *decisum referunt DD. apud Barbosa. allegat. 102. num. 46.*
- 18 Ad suffragia egrotarum recipienda in hac electione non licet ingredi monasterium. *Cong. Episcop. 21. Junij 1595.*
- 19 Ultra triennium ne daret officium, sub poena nullitatis. *Greg. XIII. Anno 1583.*
- 20 Neque Episcopus potest prorogare triennium. *Congreg. Episc. 20. Februarij 1615.*
- 21 Et Decretum Gregor. XIII. seruetur in omnibus monasterijs, etiam militiarum, & Ierosolymitanarum. *eadem 22. Maij 1604.*
- 22 Possunt tamen eligi singulis annis intra triennium. *eadem 18. Septemb. 1595.*
- 23 Vicaria ne sit soror Praefectae, quae neque



- que sit Discreta, neque Ianitrix, neque scriba, neque Celleraria. *Prövinc. 1.*
- 24 Discreta quatuor sint, & sex si ultra 40. sint Moniales. *ibid.*
- 25 Vicaria, & Discreta, si mos est, tacitis suffragijs eligantur coram superiore, aut eius ministro. *ibid.*
- 26 Satis, est si cum pluribus votis dimidia parte. *ibid.*
- 27 Aliæ Officiales (nisi Monialium suffragijs creati solent) eligantur ab eo, qui electioni præest, vna cum Confessario, Præfecta, Vicaria, & Discretis. *ibid.*
- 28 Moniales ambiens officia directe per se, aut per aliam, in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singularum terram deosculans suam accuset ambitionem. *ibid.*
- 29 Idem faciant eæ, quæ illi fuerint, & officio obtento priuetur, arbitrio superioris. *ibid.*
- 30 Duæ Moniales maturæ præficiantur Monialium laboribus. *ibid.*
- 31 Et curent in loco laborum adhiberi lectionem. *ibid.*
- 32 Duæ aliæ præficiantur custodia tritici, & farinæ cum duabus diuersis clauibus. *ibid.*
- 33 Electæ suscipiant officia data, alioquin sine iusta causa à superiore probata, eiusdem arbitrio iure suffragij priuentur. *ibid.*
- 34 Biennio durent officia, aut, vbi est consuetudo, ad summum triennio, vacent deinde tantumdem temporis, nisi ex graui causa, iudicio superioris. *ibid.*
- 35 Amoueri tamen possunt ante tempus ob culpam ipsarum. *ibid.*
- 36 Præfecta in grauioribus negotijs consulat suas Discretas. *ibid.*
- 37 In grauissimis conuocet Capitulum: in quo ius suffragij non habeant, nisi, quæ triennio moratæ fuerint post professionem. *ibid.*
- 38 Singulis tribus mensibus ad Capitulum referat summarie rationes dati, & accepti: quotannis autem superiori, & scrutatoribus deputatis. *ibid.*
- 39 Arca pecuniæ communis habeatur cū duplici clauē, altera apud Præfectam, altera apud maiorem Discretam. *ibid.*
- 40 Ambar intersint, cum scriba, ad deponendam, seu extrahendam pecuniā. *ibid.*

V. Abbatissa. num. 6. Monialium Nouit. aliment. num. 7.

ADDITIO.

- 1 Non excusantur, si per ignorantiam Decreti Conc. Trid. eligant Abbatissam per vota non secreta, & electio est nulla, ita vt neque Episcopus dispensare possit in hac nullitate, decium referunt DD. apud Barbof. de iure Eccl. l. 1. cap. 45. num. 6.
- 2 Non est secreta electio, quando vnū suffragium publicatur. *Rota apud eundem ibid. num. 12.*
- 3 Item, quando aliqui ex electoribus vnicam schedulam recipiunt vnico nomine, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula. *ibid. num. 13.*
- 4 Item, quando accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & vnam, quam voluerint, reponunt, alteram seindunt. decium referunt DD. vbi supra. nu. 13.
- 5 Item, quando eligentes schedulam, reponunt aliquo signo notatam, vt innotescat scrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector eligit illum notatum in schedula, decium referunt DD. *ibid. num. 14.*
- 6 Si discordant moniales in electione, Episcopus assignet certum tempus quo elapso potest Episcopus nominare, quam voluerit, *Congr. Episc. 20. Nouemb. 1585. vbi supra num. 27.*
- 7 Votum dare non potest Episcopus, aut alius, scrutator in casu discordiæ. decium refert, *Lauor. var. Lucubr. tit. 4. cap. 24. num. 42.*
- 8 Electio Priorissarū S. Clare per schedulas, & vota secreta fiat, aliàs est nulla. *Sixtus V. apud Emm. Rodr. in addit. tom. 3. cap. 3. num. 12.*
- 9 Constitutiones Gregorij XIII. & Sixti V. de viennio in Abbatissarum electione locum non habent in ijs, quæ fiunt per præsentationem, & institutionem. *Barbof. loco cit. num. 37.*
- 10 Illegitima si eligatur in Abbatissam vel Priorissam (teclusis Religionum priuilegijs) electio est nulla, decium referunt DD. cum Barbof. loco cit. nu. m. 21.
- 11 Ianitrices, Ausculatrices, & sacristæ



sint annorum 40. vel de senioribus Monasterij, & seniores comitentur ingredienti Monasterium. *Clem. VIII. apud Moscon. de maieft. mil. Eccles. lib. I. parte 4. cap. 4.*

*Monialium conuersa.*

- 1 Pro quaeritando victu Monialium prouideant Ordinarij de Couerfis aut pijs personis. Pius V. Anno 1566.
- 2 Conuerfis minimum 40. annos natis, & superiori probatis facultas sit exeundi pro necessarijs negotijs, permittente etiam Praefecta. Prou. 1.
- 3 Cui etiam liberum sit eas intra septa saepe reuere, & erit laudabilius. *ibid.*
- 4 Exeuntes prodeant binae, neque longius procedant, quam vt se inuicem aspicere, & audire possint. *ibid.*
- 5 Si contingat ex vrbe egredi, dormiant in eodem lecto. *ibid.*
- 6 Caueant, ne in cuiusquam famosae personae domum introeant, neque in locis suspectis pernoctent. *ibid.*
- 7 Neque litteras, mandataue clam perferant. *ibid.*

- 8 Delinquentibus poena sit carcer, aut etiam grauior. *ibid.*
- V. Monialium clausura. nu. 18. 19.*  
*21. Monialium receptio. nu. 14. 15.*  
*16. Monialium alimenta. nu. 10. 11.*

A D D I T I O.

- 1 Nulla monialis possit retinere conuersas penes se, & numerus conuersarum non excedat tertiam partem Monialium. *Clem. VIII. apud Moscon. de maieft. mil. Eccles. lib. I. parte 4. c. 4.*
- 2 Famulae saeculares pro seruitijs particularium Monialium ne permittantur. *idem ibid.*

*Monialium educatio actiua.*

- 1 Excommunicatur a Concilio Tridentino cogentes feminam ad monasterij ingressum, vt ibi saeculari habitu retento educetur, donec aetatis aptae sit matrimonio. DD. apud Barb. *alleg. 104. nu. 5.*
- 2 Nimirum effectu secuto. *ibid. num. 7.*

3 Vbi prohibitum est admitti puellas ad habitum monachalem, ibi ne admittantur ad educationem. Congr. Ep. 28. Martij 1588.

4 Neque fiat educatio in monasterio Conuertitarum. ead. 12. Mart. 1619.

5 Qua tuto domi non possunt alij supeditato victu, in monasterijs collocandae sunt. *ibid.*

6 Viduis, & alijs nobilibus non conceditur, nisi a Papa, vt in monasterio perpetuo viuant, & cum consensu Monialium. decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg. 102. num. 67.*

7 Determinetur numerus puellarum educandarum. Congreg. Episcop. 27. Maij 1603.

8 Ne admittantur sine licentia Sacrae Congr. Episc. & cum conditionibus ab ea praescriptis eadem *ibid.*

9 Nimirum: ne sint minores septennio, neque maiores annis 25. sine ancillis ingrediantur; si semel egrediantur, ne possint redire: teneantur ad clausuram: recipiantur cum licentia in scriptis de consensu Abbatissae: si ob aegritudinem de consensu superioris Abbatissae, & Monialium exierint, cum eorundem consensu redire possunt: vtantur vestimento modestiae virginalis; non sint supra numerum: quo libet semestri anticipata soluatur portio pro alimentis: sit locus separatus a Monialibus pro earum dormitione, & operibus. Haec apud Zerolin *Praxi V. Moniales.*

10 Et requiritur consensus Monialium singillatim, vt admittantur. Congreg. Episc. 4. Ianuar. 1608.

11 Neque permittatur, quod iisdem diebus a parentibus transmittatur victus, sed certa soluatur pecunia, eadem 27. Maij 1603.

12 Expleto aetatis ann. 25. Episcopus constituat terminum ad exeundum, vel habitum regularem suscipiendum, decisum refert. Fr. Leo in *thes. fori. p. 2. cap. 16. nu. 54. et Barbos. alleg. 102. num. 65.*

13 Quaecumque ex ijs voluerit Monialis fieri, ad suos redeat apud quos per matrem maneat, antequam examinetur ab Episcopo. Prou. 1.

14 Si infirmetur, & testari velint, dari debet licentia Notario, & testibus ingre-



ingrediendi monasterium. Congreg. Episcop. 1595. citata à Naldo v. *Moniales.* num. 14.

*Monialium cura spiritualis.*

- 1 **E** piscopus gubernet Moniales spirituali gubernio, non temporali. Congreg. Conc. ad sess. 25. cap. 9.
- 2 Moniales inuicem se percutientes, etiam exemptas, potest Episcopus absolvere, Barbof. allegat. 105. num. 55.
- 3 Visitet quoad clausuram omnes. *Vide supra Monialium clausura à n. 56.*
- 4 In visitatione Monialium audiet eas ad crates, non intra septa monasterij. Gauantus de *Visitat.* §. 8. in Annot.
- 5 De quibus examen fiat in visitatione, compendio collegit Gauantus *ibid.* §. 11. à num. 16.
- 6 Confessarii sint ætate prouecti, & prudentes, qui semel saltem in mense Moniales audiant, eisque Eucharistiam ministrant. Prou. 1.
- 7 Ordinarij triennio tãtum durent. Congr. Episc. 4. Iulij 1594. & refert Campanil. *Rubr.* 12. cap. 16. num. 5.
- 8 Etiam ij qui Regularibus subiectas audiunt. eadem. 15. Febr. 1593.
- 9 Mutentur potius post biennium, & ad summum post triennium. Prou. 1.
- 10 Habentes curam animarum munere confessarii ordinarij Monialium fungi non possunt. Congreg. Episc. 10. Ap. 1615.
- 11 Extraordinarius confessarius bis, aut ter in anno offeratur Monialibus. Trid. sess. 25. cap. 10.
- 12 Deputentur extraordinarij in communi, non in particulari pro hac, vel illa. Congreg. Episc. 15. Febr. 1593.
- 13 Qui fuit ordinarius aliquando, ne detur iisdem vt extraordinarius, nisi aliud Episcopo videatur, Prouinc. 3.
- 14 Monialium Regularibus subiectarum confessarii ordinarij, & extraordinarij sunt approbandi ab Episcopo. Greg. XV. Anno 1622.
- 15 Post debitam monitionem factam superioribus potest eos Episcopus amouere. *ibid.*
- 16 Nec satis est, quod ii sint approbati ad laicorum confessiones, sed noua opus

- est approbatione. Declar. Greg. XV. Anno 1623.
- 17 Neque approbatus pro vno monasterio censetur approbatus pro alio. *ibid.*
- 18 Aliter confessiones sunt nullæ. *ibid.*
- 19 Neque extraordinarius pro vna vice approbatus potest pluries easdem audire. *ibid.*
- 20 Non tenetur Episcopus significare causam superioribus, cur amoueatur confessarius; eius tamen oneratur conscientia. *ibid.*
- 21 Confessionaliaue sint in sacristiis, seu locis occultis, & remotis, sed in Ecclesiis exterioribus. Cong. Episc. 29. Nouembris 1605.
- 22 Ingredi possunt de licentia superiorum ad ministranda sacramenta infirmis: quo casu duæ, aut tres seniores semper assistant. Prou. 1.
- 23 Etiam post datum signum Salutar. Angelicæ versperinũ. Cong. Episc. 1593.
- 14 In aliis casibus. *Vide supra Monialium clausura à num. 37. ad 44.*
- 25 Ne morentur in domibus Monialium cibi capiendi causa, nisi confessionis tempore. Prou. 1.
- 26 In habitatione pro confessario contigua monasterio ne sint rotæ, crates, neque ianuæ, quibus eant in Ecclesiam. Congreg. Episc. 13. Sept. 1583.
- 27 Neque lecti habeantur ibi, eadem 7. Martij 1617.
- 28 Non dietim victus illis subministratur, sed quadam pecunia summa quotannis constituitur. eadem 22. Aug. 1605.
- 29 Neque aliud communiter, seu priuatim illis tribuatur, neque ij sponte oblatum, aut donatum quidquam recipiãt, propositus pœnis, non tamen censuris. eadem 29. Nouembr. 1605.
- 30 Si exorcizanda est à confessario Monialis, habita licentia à sede Apostolica, exorcizetur in Ecclesia, exteriori clausis ianuis, præsentibus sceminis honestis consanguineis, vel alijs prouectæ ætatis, neque aliò diuertatur. eadẽ 1. Iulij 1606.
- 31 In sepultura Monialium nullum ius competit Parocho sed tantum confessario. eadem 7. Ian. 1603.
- 32 Capellani Monialium approbantur à superiore monasterij. Prou. 1.
- 33 Missam dicere possunt, quæ concordat cum



cum Officio Monialium in Choro, sed ritu Romano, qui Romano vtuntur Breviario, & Missa sumpta de Comuni, si propria non habetur in Missali Romano. Cong. Rat. 20. Noue. 1628.

34 Annuum stipendium certa summa pecunie detur, nisi Episcopus eius loco dari triticum, vel vinum concesserit. Prou. 4.

35 Nihil accipiant, etiam quod vsui sacro deseruiant, neue quid elaboratum, ac ne laborem quidem, opusue, quod in vestibus faciendis ponitur. *ibid.*

36 Neque ab vlla, nisi à Præfecta, seu ea, quæ sacrificia præest, celebrandi Missas minus suscipiant. *ibid.*

37 Neque colloquuntur cum Monialibus sine licentia in scriptis, nisi cum ijs, quæ sacrificia præstant, & de necessariis, ad totam Ecclesiam. Prou. 1.

38 Concionatores dentur apti saltem bis in singulis mensibus ad cancellos collocatos, vel Ecclesiam. *ibid.*

39 Neque ijs liceat cum Monialibus separatum loqui. *ibid.*

V. *Missæ. num. 8. 21.*

#### A D D I T I O.

**N**on licet Generali audire confessiones Monialium sui ordinis sine deputatione speciali Episcopi. *Congreg. Conc. 13. Nouemb. 1627.*

#### *Monialium cura in temporalibus.*

1 Moniales ea, quæ vigore instituti sui bona stabilia non possederunt, in posterum ea possunt retinere. *Congr. Episc. 28. Martij 1588.*

2 Omnia bona mobilia, & immobilia Cōuentui incorporentur. *Trid. sess. 25. c. 2.*

3 Administratio bonorum sit penes Officiales tantum, & hæc sunt amouibiles. *ibid.*

4 Mobilium vsus sit pro necessitate cuiusque, & iuxta statum paupertatis, quam profitentur. *ibid.*

5 Quæ in his deliquerit biennio voce actiua, & passiuâ priuata sit. *ibid.*

6 Quicquid acquisierint, ad Abbatissam deseratur, quæ in primis subueniat arbitrio suo, necessitatibus illius, cuius

opera vel contemplatione sunt res datae: reliquum conuertatur in vsum communem. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 103. num. 3.*

7 Si tre alieno grauate non habent vnde viuant, vestiatur, adstringantur parentes, & consanguinei vsque ad secundum gradum, necnon hæredes bonorum, eorundem parentum ad ijs subueniendum. *Congr. Episc. 1562.*

8 Prædia locentur, sub hasta auctione facta, nisi aliud magis expediat. *Pro. 4.*

9 Ne cogantur Moniales contribuere aliquid Seminario, si beneficia non sint eis vnita. *Congr. Episc. 1593.*

10 Si quæ fiant alienationes, moneatur Episcopus. *Pro. 4.*

11 Inuentarium bonorum, & iurium in Archiuo Episcopali asseruetur. *ibid.*

12 Non possunt Ordinarij deputare religiosus particulares cuiuscumque gradus in administratores bonorum Monialium. *Congr. Episc. 22. Aug. 1605.*

13 Procuratores Monialium quolibet triennio mutari debent. eadem 31. Iunij 1615.

14 Idem quotannis suæ administrationis rationem reddant. *Prou. 1.*

15 Præfecta quoque deputatis curatoribus. *ibid.*

16 Eadem neminem admittat ad monasterij procuratoriam, vel famulatum, quem non probarit Episcopus. *ibid.*

17 Et eodem modo eligantur medici, tonsores, & alij ministri. *ibid.*

18 Translata Moniali ad aliud Monasterium pro eiusdem gubernatione, non licet transferre fructus dotales. *Congr. Episc. 9. Octob. 1618.*

19 Fugitiua Moniali inter Conuertitas reposita, dentur monasterio Cōuertitarum bona illius; sed post eius obitum priori monasterio restituantur. *Prou. 6.*

V. *Monialium clausura. n. 22. 35.*

*Monialium communes leges. n. 34. 35. 36.*

*Monialium Officiales. num. 57. 38.*

*Monialium largitio & per totum Regul. nra in ordine ad Moniales. n. 14. 15. 16.*

#### *Monitoria.*

V. *Excommunicatio.*



## Montes pietatis.

- 1 **A**pprobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.
- 2 Moderata fit tamen solutio. *ibid.*
- 3 Prædicantes contra Montes ritè institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ibid.*
- 4 Episcopi ex officio suo iuxta sacros Canones cognoscant Eleemosynas Montis pietatis, seu caritatis, & exequantur, non obstantibus quibuscunque. Trid. *sess. 22. cap. 8.*
- 5 Etiam si cura ad laicos pertineat, & exceptionis privilegio sint muniti. *ibid.*
- 6 In statu Ecclesiastico excommunicantur omnes inferiores Episcopis, qui quovis prætextu vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in vñs pauperum, dispo- nere, cum obligatione restituendi. Paul. V. *apud Nald. Furtum. ann. 12.*

Munerum largitio vetita  
Regularibus.

- 1 **N**ihil donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. VIII. Anno 1594.
- 2 Præter leuora, esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem spectantia, nomine communi. *ibid.*
- 3 Neque per se, neque per alios. *ibid.*
- 4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professionis Monialium. *ibid.*
- 5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibid.*
- 6 Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicuius, seu grati animi testificationem quouis modo significandam. *ibid.*
- 7 Quicumque recipit, tenetur ad restitutionem monasterio. *ibid.*
- 8 Pœnæ imponuntur dantibus, prina- tionis officiorum, inhabilitatis, vocis actiua, & passiuæ, ipso facto, furti, & simoniæ. *ibid.*
- 9 Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem conuertantur linguam. *ibid.*

## Notarius.

- 1 **P**ossunt examinari ab Episcopo Notarii quicumque ii sint, & inepti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. *sess. 22. cap. 10.*
- 2 Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sunt, restituatur, quod certum numerum pro Diocesis conditione contineat. Prou. 1.
- 3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ibid.*
- 5 Reiciantur ii, qui de iure non possunt esse testes, vt indigni. *ibid.*
- 6 Neque admittantur ii, qui 25. annum non atigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèq; non sunt versati. *ibid.*
- 7 Iurent se nihil dedisse, vel promississe pro obtinendo hoc officio, antequam admittantur. *ibid.*
- 8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient à litigatoribus, vel alijs eorum nomine, præter taxam Episcopi non curabunt: vt sibi causa committantur, neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumque ministro. *ibid.*
- 9 Item quod omnes actus iudiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in registrum referent, debitamq; copiam dabunt, sine fraude, contenti taxata mercede. *ibid.*
- 10 Itèq; quod secreta officii, & causarum nemini patefacient, præsertim dicta testium, & consilia Assessorum donec sententiæ lata fuerint, & subscriptæ. *ibid.*
- 11 Denique iurent, quod mandatis Episcopi parebunt, iurata officii, & iurata Officialium Collegii, seruabunt, & prædicta omnia sine dolo inuolantè præstabunt. *ibid.*
- 12 Originales processus nemini deferant, nisi alicuius inopia aliud Episcopo suadeat. *ibid.*
- 13 Et tunc non nisi in proprio pluteo, Archiuuæ loco, neq; alio asportari liceat etiam de consensu partium, præterquam iudici cause ostendenda. Pro. 5.
- 14 Ni-